

Index rariorum Librorum Bibliothecae Universitatis Regiae Budensis

Typ. Reg. Univ.
Budae; Budapest

Signatur: 79.R.12.(Vol.2)

Barcode: +Z179728208

Zitierlink: <http://data.onb.ac.at/ABO/%2BZ179728208>

Umfang: Bild 1 - 510

Nutzungsbedingungen

Bitte beachten Sie folgende Nutzungsbedingungen: Die Dateien werden Ihnen nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke zur Verfügung gestellt. Nehmen Sie keine automatisierten Abfragen vor. Nennen Sie die Österreichische Nationalbibliothek in Provenienzzangaben. Bei der Weiterverwendung sind Sie selbst für die Einhaltung von Rechten Dritter, z.B. Urheberrechten, verantwortlich.

Hinweis: Das Dokument enthält hinterlegte Textdaten, die eine Suche in der Datei ermöglichen. Diese Textdaten wurden mit einem automatisierten OCR-Verfahren ermittelt und weisen Fehler auf.



79. R. 12.


MENTEM ALIT ET EXCOLIT





K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

79. R. 12











I N D E X

R A R I O R V M


L I B R O R V M.



I N D E X
R A R I O R V M
L I B R O R V M
B I B L I O T H E C A E
U N I V E R S I T A T I S R E G I A E
B V D E N S I S.



P A R S I I.



K. ————— Z.

C V M
S V P P L E M E N T O , P A R T I S I.



B V D A E,
T Y P I S R E G I A E U N I V E R S I T A T I S.

A N N O M D C C L X X X I.





I N D E X

R A R I O R V M L I B R O R V M .

K.

K A B A B I I (Andræ) Carni, vindiciæ astronomiæ theticæ pro Dionysio, cognomento Exiguo, Abbate. Viennæ 1643. in 8. *Libellus raro obuius.*

K A S C H U T N I G (Antonii) Soc. J. Vellus aureum, Burgundo-Austriacum, Torquatorum aurei velleris Equitum. Viennæ apud Schwendiman. 1728. in fol. cum figg.

Notam *raritatis* illi tribuit bibliotheca Solgeriana.

K E L L E R (Diethelmi) Kunstliche und eigentliche bildt nussen der Rhömischen Keyfern, ihrer Weybern, und Kindern, auch anderer verrümpften personen, wie die auf alten pfenningen erfunden sind, sampt ainer kurtzen beschreibung ihrens härkommens, läbens, und abschaid, aus den aller bewärtesten geschichtschreybern allenthalben

zufamen getragen, aus dem Latin jetzt newlich vertheutst durch Diethelmen Kellern burger zu Zürych. Getruckt in der loblichen Statt Zürych bey Andrea Gesner. 1558. in 8. *Liber apud nos ex rarioribus.*

KEPLERI (Joan.) Prodomus dissertationum cosmographicarum, continens mysterium cosmographicum de admirabili proportione orbium cœlestium, deque causis cœlorum numeri, magnitudinis, motuumque periodicorum genuinis, & propriis, demonstratum per quinque regularia corpora geometrica. Tubingæ excudebat Georg. Gruppenbachius. 1595. in 4.

Scripta Kepleri pleraque apud nos *raritatis* notam habent.

————— Stella nova in pede Serpentarii, & qui sub ejus exortum de novo iniit, trigono igneo. Accesserunt I. De stella incognita Cygni narratio astronomica. II. De Jesu Christi Servatoris vero anno natalitio consideratio, novissimæ sententiæ *Laurentii Suslygæ* Poloni, quatuor annos in usitata epocha desiderantis. Pragæ typis Pauli Sessii. 1609. in fol.

————— Astronomia nova ΑΠΙΟΛΟΓΗΤΟΣ, seu Physica cœlestis, tradita commentariis de motibus stellæ Martis, ex observationibus C. V. Tychonis Brahe, jussu, & sumptibus Rudolphi II.

Rom. Imp. plurium annorum pertinaci studio elaborata. Pragæ anno æræ Dionysianæ. 1609. in fol.

KEPLERI Nova stereometria doliorum vinariorum, in primis Aufriaci, figuræ omnium aptissimæ, & usus in eo virgæ cubicæ compendiosissimus, & plane singularis. Accessit stereometriæ Archimedææ supplementum. Auth. Joan. Keplero Imp. Cæs. Matthiæ I. ejusque fidd. Ordd. Auftriæ supra Anasum Mathematico. Lentiis excudebat Joan. Plancus, sumptibus authoris. 1615. in fol.

Author sequente anno idem opus in Germanicum traduxit, & ordinibus superioris, ac inferioris Auftriæ inscriptum Lincii apud eundem Plancum edidit, quod itidem possidemus.

————— Ephemerides novæ motuum cælestium ab anno vulgaris æræ 1617. ex observationibus potissimum Tychonis Brachei, hypothefibus physicis, & tabulis Rudolphinis ad meridianum Uranopyrgicum in freto Cimbrico, quem proxime circumstant Pragensis, Lincensis, Vene-tus, Romanus. Lincii apud Joan. Plancum. 1617. in 4.

————— Epitome astronomiæ Copernicanæ usitata forma quæstionum & responsionum conscripta, inque VII. Libros digesta Lentiis ad Danubium excudebat Joan. Plancus. 1618. in 8.

KÉRY (Joan.) Ordinis S. Pauli I. Eremitæ, Martis Turcici ferocia anno a Christi ortu supra

millesimum sexcentesimum sexagesimo III. & IV. in Hungariæ viscera irruens, invictisque Augustissimi Cæsaris Leopoldi I. agminibus enervata, Libri II. Pofonii apud Gotfriedum Gründer. 1672. in 8. *Editio perrara.*

KETHAM (Joan. de) Fasciculus medicine tractans de anothomia, & diversis infirmitatibus corporis humani. Accedunt multi alii tractatus per diversos excellentissimos doctores compositi: nec non anothomia *Mundini* cum figuris. — Hec anothomia fuit emendata ab eximio arcium & medicine doctore D. magistro *Petro Morfano* de Imola in almo studio Bononie cyrurgiam legente, coadjutantibus magistro *Joan. Jacobo Cararia* de Buxeto, & magistro *Antonio Frascaria* Janensi, cyrurgie studentibus. Impressum Venetiis per Joan. & Gregor. de Gregoriis fratres. 1495. die XV. Octobris in fol.

Liber *rarus*. Bauer ex biblioth. Lehmanniana editionem Venetam anni 1513. raris accenset, quod mihi indicio est, nostram Lehmanno ignotam fuisse. Author quibusdam sub nomine *Kartham* quoque censetur.

KEYSERLICHER Maiestat und Königs in Franckreych Vertrag. 1526. in 4. Sine loco, *Scriptum perrarum.*

KEYSERSBERGIUS (Joan.) Vide supra *Gayleri.*

KIOVIENSE colloquium de processione spiritus sancti a Patre & Filio, inter admodum R.D. *Innocentium Gizel*, collegii Mohilæani Kioviæ Rectorem, & philosophiæ Professore, & P. *Nicolaum Cichovium* Soc. J. Kioviensem tunc Missionarium, nunc ab eodem Patre e MSS. mox ab eo colloquio bona fide exaratis erutum, & in lucem datum. Cracoviæ apud Stanislaum Bertutowic. 1649. in 8. *Libellus perraro obuius.*

KIPPINGI (Henr.) Notæ & animadversiones in axiomata politica Gallicana, quæ D. *Aubry* Galliæ regis consiliarius, & Advocatus Parlamenti Parisiensis evulgavit, de iustis prætensionibus regis super Imperium, & prærogativa ejusdem. Exponuntur multa, plurima refelluntur, & injustæ accusationes, quas Gallico assertori flagrantissimum nominis Germanici odium extorsit, firmis rationibus redarguuntur. Bremæ apud Erhardum Bergerum. 1668. in 12.

Scriptum *valde rarum*, lectuque dignissimum. Axioma XXIV. Aubryanum; *cum Carolo V. desit Imperium Germanicum, utpote, qui ultimus a Pont. Romano coronatus est: præ ceteris exagitat.* Ad calcem opusculi subjicitur acclamatio,

Aspice, ut insignis spoliis Leopoldus opimis
Austriacæ gentis spes maxima, & indole summus
Ingreditur, victorque viros supereminet omnes,
Hic rem Teutonicam, magno turbante tumultu,

Siftet eques, sternet Turcos, Gallumque ferocem,
Par Carolo, parque Othoni felicibus armis.

KIRCHENAGENDA, wie die von den zweyen
Ständen der Herrn und Ritterschafft in Ertzher-
zogthumb Oesterreich unter der Enns gebraucht
wirdt. 1571. in fol. sine l.

Liber *perrarus*. Agenda ad confessionem Augusta-
nam anni 1539. exacta est.

KIRCHENGESANG, darinnen die haupt articl
des Christlichen Glaubens kurtz gefasset, und aus-
geleget sind, jezt von neyen durchgesehen, ge-
mehret, und der Röm: Kayserl: Mayestät in
unterthänigster demuth zugeschrieben. 1566. in 4.
fine l.

Similis tituli editionem anni 1580. Bauerus ex bi-
blioth. Thomafiana *raris* adnumerat.

KIRCHENORDNUNG, wie es mit der Christ-
lichen Lehre, heiligen Sacramenten, und allerley
anderen ceremonien in meines gnädigen Herrn H.
Ott Heinrichen Pfaltzgrafen bey Rhein, Hertzo-
gen in nieder und ober. Bayern &c. gehalten wird.
Norimb. per Joan. Petreium. 1543. in 4.

Liber *rarissimus*, si idem cum eo sit, quem biblio-
theca Saltheniana, Bauero teste, titulo: *Pfaltz-Neu-
burgische &c.* anno 1547. editum memorat.

————— Der Herren Marggrauen zu Bran-
denburg, und eins erbarn Raths der Stadt Nürm-

berg Oberkeyt, und Gebieten, wie man sich beyde mit der Lehr und cerimonien halten solle. Norimb. apud Christophor Heußler. 1564. in fol.

Editiones annorum 1533. & 36. inter *rarissimas* locum habent: nec nostra passim obvia est.

KIRCHERI (Athanasii) Fuldenſis Buchonii Soc. J. ars magna lucis, & umbræ, in X. libros digeſta, quibus admirandæ lucis, & umbræ in mundo, atque adeo univerſa natura, vires, effectusque, uti nova, ita varia novorum, reconditorumque ſpeciminum exhibitione, ad varios mortalium uſus panduntur. Romæ ex typogr. Ludovici Grignani. 1646. in fol. cum figg.

Scripta Kircheri aliqua *rarioribus*, quædam *rariſſimis* etiam inferunt Tenzelius, catalogus Fresnoio-Menckenianus, biblioth. Saltheniana, Thomafiana, aliique bibliographi, omnium autem copioſiſſime ſeriem librorum hujus authoris recenſet Serpilius.

————— Iter extaticum, quo mundi opificium, id eſt, cœleſtis expaſi, ſiderumque tam errantium, quam fixorum natura, vires, proprietates, ſingulorumque compoſitio, & ſtructura &c. nova hypotheſi exponitur ad veritatem, interlocutoribus Coſmiele, & Theodidacto. Ad ſereniſſimam Chriſtinam Alexandram, Svecorum, Gothorum, & Wandalorum reginam. ibid. typis Vitalis Maſcardi. 1656. in 4.

KIRCHERI Iter extaticum II. qui & mundi subterranei prodromus dicitur &c. in III. dialogos distinctum. ibid. typ. Mascardi, 1657. in 4.

———— Magnes, sive de arte magnetica opus tripartitum. ibid. ex typogr. Ludovici Grignani. 1656. in 4.

Forte opus hoc ex illo natum est, quod Herbipoli anno 1630. editum fuit hoc titulo: *Magnesia, sive conclusiones experimentales de effectibus Magnetis.*

———— Magneticum naturæ regimen, sive disceptatio physiologica de triplici in natura rerum magnete, juxta triplicem ejusdem naturæ gradum digestio, inanimato, animato, sensitivo. Romæ typis Ignatii de Lazaris. 1667. in 4.

———— Phonurgia nova, sive conjugium mechanico-physicum artis, & naturæ paranymphe phonosophia concinnatum, qua universa sonorum natura, proprietas, vires, effectuumque prodigiosorum causæ, nova, & multiplici experimentorum exhibitione enucleantur. Campidonæ per Rudolphum Dreherr. 1673. in fol.

———— Ars magna sciendi in XII. libros digesta. Ad Aug. Rom. Imp. Leopoldum I. Amstelodami apud Joan. Janffonium. 1669. Tom. II. in fol.

———— Mundus subterraneus in XII. libros digestus, &c. Ad Alexandrum VI. Pont. Max. ibid. 1665. in fol.

KIRCHERI Idem opus. ibid. 1678. in fol.

————— China monumentis qua Sacris, qua profanis, nec non variis naturæ Spectaculis aliarumque rerum memorabilium argumentis illustrata, auspiciis Leopoldi I. Imp. &c. Amstelod. apud Joan. Janssonium. 1667. in fol.

————— Prodomus Coptus, siue Aegyptiacus ad eminentiss. S. R. E. Card. Franciscum Barberinum, in quo cum linguæ Coptæ, siue Aegyptiacæ, quondam Pharaonicæ, origo, ætas, vicissitudo, inclinatio, tum hieroglyphicæ litteraturæ instauratio exhibentur. Romæ typis Sac. Congr. de propaganda fide. 1636. in 4.

————— Oedipus Aegyptiacus, hoc est, universalis hieroglyphicæ veterum doctrinæ, temporum injuria abolitæ instauratio. Opus ex omni orientalium doctrina & sapientia conditum, nec non viginti diversarum linguarum autoritate stabilitum &c. Tomus I. Romæ ex typogr. Vitalis Mascardi. 1652. in fol.

————— Tomi II. pars prior: gymnasium, seu phrontisterion hieroglyphicum in XII. classes distributum, continens sex priores classes. ibid. 1653. in fol.

————— Tomi II. pars altera complectens sex posteriores classes. ibid. 1653. in fol.

KIRCHERI Tomus III. theatrum hieroglyphicum, hoc est, nova, & hucusque intentata obeliscorum, cæterorumque hieroglyphicorum monumenta, quæ tum Romæ, tum in Aegypto, ac celebrioribus Europæ musæis adhuc supersunt, interpretatio. *ibid.* 1654. in fol.

Opus hoc omnium præstantissimum ex Kircherianis habetur, cujus percium ita jam accrevit, ut vix 96. libris Gallicanis comparari possit.

————— Lingva Aegyptiaca restituta: opus tripartitum una cum Supplemento. Ad Ferdinandum III. Rom. Imp. *ibid.* apud Ludov. Grignanum. 1643. in 4.

————— Polygraphia nova, & universalis ex combinatoria arte detecta, qua quivis etiam lingvarum quantumvis imperitus triplici methodo: 1. vera & reali, sine ulla latentis arcani suspitione manifeste: 2. per technologiam quamdam artificiose dispositam: 3. per steganographiam unius vernaculæ lingvæ subsidio, omnibus populis & lingvis, clam, aperte, obscure, & dilucide scribere, & respondere posse docetur, & demonstratur. In tria syntagmata distributa. *Ibid.* ex typogr. Varesii. 1663. in fol.

Additur in fine appendix apologetica, in qua *cryptologia Trithemiana discutitur, & arcana paradoxa a Trithemio proposita ad veritatem examinata partim approbantur, partim tamquam superstitiosa consulantur.*

KIRCHERI (Athan.) *Musurgia universalis*, five ars magna consoni, & dissoni in X. libros digesta. Tom. II. Romæ ex typogr. hæredum Franc. Corbelletti. 1650. in fol.

————— Obeliscus Pamphilus, hoc est, interpretatio nova, & hucusque intentata Obelisci hieroglyphici, quem non ita pridem ex veteri hippodromo Antonini Caracallæ Cæsaris in agonale forum transtulit, integritati restituit, & in urbis æternum monumentum erexit Innocentius X. Pont. Max. In quo post varia Aegyptiacæ, Chaldaicæ, Hebraicæ, Græcanicæ antiquitatis, doctrinæque, qua Sacræ, qua profanæ monumenta, veterum tandem theologia hieroglyphicis involuta symbolis detecta, e tenebris in lucem asferitur. *ibid.* typis Ludov. Grignani. 1650. in fol.

————— Pantometrum, hoc est, instrumentum geometricum novum antehac inventum, nunc X. libris - - explicatum, perspicuisque demonstrationibus illustratum a Gaspare Schotto Regiscuriano Soc. J. olim in Panormitano Siciliae - - matheos professore. Herbipoli typis Jobi Hertz. 1660. in 4.

————— Scrutinium physico-medicum contagiosæ luis, quæ pestis dicitur. Romæ typis Mascardi. 1658. in 4.

KIRCHERI Sphynx mystagoga, five diatribe hieroglyphica, qua Mumia ex Memphiticis pyramidum adytis eruta, & non ita pridem in Galliam transmissa, juxta veterum hieromystrarum mentem, intentionemque plena fide, & exacta exhibetur. Interpretatio ad inclytos abstrusiorumque cognitionum peritia instructissimos philologos directa. Amstelod. ex officina Janssonio-Waesbergiana. 1674. in fol.

KIRCHERI (Conradi) Augustani, concordantiae veteris Testamenti graecae, Ebraeis vocibus respondentibus, πολύχρησι. Francof. 1607. Tom. II. in 4. M.

Apud Vogt, & quos hic refert, dicitur *liberrarus & praestans*.

KIRCHMANNI (Joan.) Lubeccensis, de annulis liber singularis, ab ipso authore recognitus, & auctus. Sleswici sumtibus Joan. Garstens. 1657. in 8. M.

Libellus apud nos *perrarus*, & ad artem sphragisticam egregie conducens.

———— De funeribus Romanorum Libri IV. cum appendice. Accessit & funus parasiticum *Nicolai Rigaltii*. Brunsvigae. 1661. in 8. M. *editio parum communis*.

KIRCHMAYR (Thomæ) Bapstisches Reich. 1556. in 8. sine loci indicio.

Libri *rari*, sed virulenti, author creditur fuisse Thomas Naogeorgius. Est carmine exaratus: prologi initium hoc est:

Hilff Gott, gib müt gib sterck und Rahdt
 Das ich die grosse wunderthat,
 Des Bapfts glyder glauben gar
 All brauch des Gottsdienfts ubers jar,
 Sein fasten, feyr, herrliche fest
 Beschreiben mög auff's aller best,
 Auch all umbstend in disem Reych
 welches in der welt hat keinen glich &c.

KIRCHOF (Joan. Wilhelm.) wahrhaftige und doch summarie beschreibung der vielfaltigen und mit Gottes hülff mannlich ausbestandenen gefahrlichkeiten, gefürten kriegten, und geschichten des durchlauchtigen und hochgebornen - - Fürsten und herrn herrn Philipfen des eltern weiland von Gottes gnaden Landgraven zu Hessen &c. Gedruckt zu Marpurg durch Andrés Kolben Erben. 1567. in 4.

Opusculum *rarum*, & stilo ligato contextum. Aversa tituli facies exhibet protomam Philippi Landgravii: hanc sequitur dedicatio ad Philippum, Franciscum, & Bernardum Comites Valdeccios.

KIRSTENII (Petri) grammatices Arabicæ Liber I. Sive orthographia, & prosodia Arabica. Breslæ typis Arabicis, ac sumptibus authoris in officina Baumanniana. anno DoMINE ChrIste VenI. (1608.) in fol.

Bauer ex Jo. Raimmanno, atque aliis, omnia Kirstenii opera *raritatis* nota insignit.

KIRSTENII Liber II. grammaticæ Arabicæ, sive etymologia Arabica, ibid. anno est Mea CVra DeVs. (1610.) in fol.

————— Liber III. grammaticæ Arabicæ, sive Syntaxis Arabica. ibid. anno eod. in fol.

————— Notæ in Evangelium S. Matthæi ex collatione textuum Arabicorum, Aegyptiac. Hebræor. Syriacor. Græcor. Latinorum. ibid. anno In qVo notæ historicæ sancti Matthæi editæ. (1611.) in fol.

————— Vitæ Evangelistarum quatuor: nunc primum ex antiquissimo Codice MS. Arabico Cæsario erutæ. Ad Rudolphum II. Imp. ibid. anno Medici Veri. (1608.) in fol.

————— Epistolæ Judæ Apostoli ex MS. Heidelbergensi Arabico ad verbum translata. Ad ditis notis, & textuum græcorum, & versionis latinæ vulgaris collatione. ibid. anno Impressis breslæ his notis epistola IVDæ. (1611.) in fol.

Ain Klegliche KLAG an den Christlichen Römischen Kaiser Karolum von wegen Doctor *Luthers*, und Ulrich von *Hutten*, auch von wegen der *Curtisanen*, und *betelmünch*. Das Kay. Maie, sich nicht las solich Leut verführen. Der erste bundts-genofs. in 4. sine l. & a. folior. cum titulo 55.

Scriptum *valde rarum*. Ad calcem hæc leguntur: *Lafs dich nicht belangen, ich kum schier wils Got. Confœderatorum XV. in Scenam adducuntur: qui ordine duodecimus est, inter ceteras leges hanc quoque sancit. Zu grossen eren sol es ainer frauwen geacht werden, welche ain Münch, oder pfaffen zu der ehe nimpt, doch von dem sy nötige narung müg warten, ob sy für sich selbs nit hat.* Hinc facilis conjectura fit ad opusculi argumentum.

KLING (Melchior.) In quatuor institutionum juris civilis Principis Justiniani libros enarrationes - . nunc primum recens & natae, & in lucem datae. Francof. apud Christian. Egenolphum Hademarium. 1543. in fol.

Liber *infrequens*: dicat illum author Christiano regi Danorum. Apud Lippenium annus 1542. vel ex privilegio Ferdinandi I. Imp. Spiræ signato, vel ex dedicatione pro anno editionis non recte substitutus est.

KOBIERZICZKI (Stanislaw) Castellani Gedanensis, historia Wladislai Poloniae, & Sveciae Principis. Dantisci 1655. in 8. *Editio rara*.

————— Obsidio clari montis Czesztochoviensis, Deiparæ imagine a D. Luca depicta celeberrimi. Dantisci typis Georgii Forster. 1659. in 4. *Liber minus obuius*.

KOEBELII (Jac.) Astrolabii declaratio, ejusdemque usus non modo astrologis, Medicis, Geographis, cæterisque litterarum cultoribus multum utilis, ac necessarius, verum etiam mechanicis qui-

busdam opificibus non parum commodus. Moguntia Petrus Jordan excudebat. 1535. in 4.

KOEBELI Astrolabii declaratio &c. Cui accessit Isagogicon in astrologiam judiciariam. Parisiis apud Gulielm. Cauellat in pingvi gallina. 1550. in 8. *Utrumque scriptum infrequens.*

KOHEL (Sigismundi) Abbatis Lucensis, Ord. Præmonstratensis, non nullorum PP. Præmonstratensis ordinis vitæ ex variis authoribus collectæ. Typis Lucensibus ad fluvium Dia. 1608. in 4.

Liber rarus : complectitur vitas S. *Northerti* archiep. Magdeburgensis: *Godefridi* Comitis Cappenbergensis: S. *Hermanni* Canonici Steinfeldensis: B. *Friderici*: Ven. *Haytonis* regis Armeniæ, postea Ord. Præmonstratensis: Ven. *Hroznatæ* Teplensis, & Chotiesloviensis monasteriorum Fundatoris.

KORNMANNI (Henr.) De miraculis mortuorum. Kirchem. 1601. in 8.

Bauero teste, apud Osmont stella *raritatis* notatur.

KRACSINSZKI (Gabriel.) Soc. Jesu, historia naturalis curiosa regni Poloniae, & magni Ducatus Lithuaniae. Sandomiriæ 1721. in 4. *Liber perrarus.*

KRAFFT (Ulrici) Sermones, das ist, der geistlich streit, gemacht, und gepredigt worden durch den hochgelerten bayder Rechten Doctor Ulrich Krafft, pfarrer zu Ulm, ausgeteilt in sermones durch die fierzigtegigen fastenn - - - des jars als

mart

man zalt nach der geburt Christi Jesu unfers lieben Herren. Taufent fünffhundert und drey jar. in 4.

Editio valde rara. Typographus suo nomine dicat sermones hos Cunegundæ Austriacæ: *der durchlichtigsten hochgebornen furstin und frawen fraw Küniginndt geborne Ertzhertzogin von Eosterreich, weilandt des durchlichtigen hochgebornen fursten, und herrnn Albrecht Hertzog zu payern ein verlassen gemachel zu München in sant Franciscus gotshaus wonend, sag ich Johann Haselsperg aus der Reichen ouw Costantzer bistumbs büchtrücker mein underthenig feißlig und willig dienst &c. Datum nach Christi gebürt 1517. Achatü.* Qui annus verifimiliter editionis quoque fuerit.

KRANTZII (Alberti) Ecclesiæ Hamburgensis quondam Decani, Metropolis, sive historia Ecclesiastica Saxoniae, qua eleganter, & luculenter describit, quomodo inde usque a Carolo M. primum religio Christiana in Saxoniam inuenta, & usque ad hæc fere tempora propagata est, & simul etiam aliarum nationum, regum, & principum adjacentium res gestas copiose recenset. Coloniae apud Gervinum Calenium, & hæredes Quentelios. 1574. in 8. M.

Editio rara, sed quæ ordine fit, me omnino fugit. Primam Basileæ apud Oporinum anno 1548. prodisse biblioth. Gesneriana memorat. Exempli mei possessor fuit Hieron. Wolfius; cuius icon thecæ interiori adnexa est. Nescio, cujus manus hæc de Krantzio illic adscripserit: *Albertus Crantz S. Theolog. & de-*

cretorum Doctor obiit anno 1517. Hic lectis Lutheri propositionibus de indulgentiis, dixisse fertur: Frater, vade in cellam, & dic, Miserere mei Deus: huic oppositam sententiam, si me memoria non fallit, puto me legisse in Chemnitii examine concilii Tridentini.

KRANTZII (Alberti) Rerum Germanicarum Ecclesiastica historia, sive metropolis. De primis Christianæ religionis in Saxonia initiis, deque ejus episcopis, & horum vita, moribus, studiis, & factis &c. denuo, & quidem multo accuratius, quam ante, edita. Francof. ex typogr. Andreae Wecheli. 1576. in fol.

Præfatur Jo. Wolfius ad Julium episcopum Herbitopolitanum. Bauerus editionem Francofurtensem anni 1590. in fol. a raritate commendat, de nostra hac nihil memorans.

KRENTZHEIM (Leonardi) chronologia, das ist, grundtliche, und fleißige Jahr rechnung, sampt verzeichnung der fürnembsten Geschichten, Veränderungen, und zufell, so sich beyde in Kirchen und Welt regimenten zugetragen haben von anfang der Welt bis auff unsere Zeiten &c. Görlicii per Ambros. Fritsch. 1577. Partes II. in fol. M.

————— Conjecturæ piæ, & eruditæ de impendentibus in Ecclesia, & Imperiis horum temporum mutationibus, & calamitatibus, sumptæ ex collatione annorum, atque eventuum vet. &

novi Testamenti primæ, & ultimæ monarchiæ, numerorum in Daniele, & apocalypsi &c. publicatæ studio Laur. Ludov. Leobergensis. Gorlicii Ambros. Fritsch excudebat. 1578. in 4. M.

Utrumque opus catalogi, Schwindelianus, & Bunemani inter *rara* locant: in priore tamen annus 1576. occupatus est, posterius annum 1580. exhibet. Conjecturas author *præstantissimo viro, domino, ac fautori J. Sambuco* sua manu inscripsit.

KRVŠINSZKI (Judæ) Soc. J. Missionarii Perfici, Prodromus Legationis a fulgida Porta ad Persarum regem Schah Sultan Hussein M. DCC. XX. expeditæ. Leopoli. 1734. in 4. *Liber apud nos perrarus.*

KVLTŠÁR (Georgii) Postilla in Dominicis. Hungarice. Bartphæ. 1579. in 4.

Liber *admodum rarus*, Czwingterero, ac Authori *memoriæ Hungarorum &c.* ignotus.

L.

LABBE (Philip.) Biturici Soc. J. Theologi, de Scriptoribus Ecclesiasticis, quos attigit Eminentiſſ. S. R. E. Card. Robertus Bellarminus, philologica, & historica Dissertatio, in qua plurima cum ad historiam, chronologiam, criticeque Ecclesiasticam spectantia explicantur, tum aliorum, præsertim hæreticorum, Riveti, Coci, Perkinsi, Toffani, Gerhardi, Aubertini, Hottingeri, Ma-

resii &c. castigantur. Parisiis apud Sebastian. Cramoisy regis, & reginæ typographum. 1660. in 8. Tom. II. M.

In priore Tomo pag. 837. &c. inficetam fabulam de *Joanna Papissa* egregie convellit, hoc titulo: *Cenotaphium Joannæ Papissæ ab heterodoxis Marefio, Salmasio &c. ex Utopia nuper revocatæ, eversum, funditusque excisum demonstratione chronica ineluctabili, contexta ex coætaneis dumtaxat unius. IX. Seculi scriptoribus. Addita ad calcem virgidentia Marefiana.* Vogtius ex Petri Bælii sententia librum a raritate & eruditione commendat, optimumque ex Labbeanis scriptis esse fatetur: id tamen illi vitio datum est, quod in Theologos a Romana Ecclesia alienos acerbior, quam decebat, fuerit. Verum, si hujus, ut illi volunt, dicacitas cum eorum maleloquentia comparetur, qui de Joanna Papissa scripsere, haud scio, an jure id ei vitio detur. Adde, quod is fere illius seculi genius fuerit: nunc utrinque jam mitemus.

LACINII (Jani) Calabri Minoritæ, theologorum minimi præciosa ac nobilissima artis Chymicæ collectanea de occultissimo, ac præciosissimo Philosophorum lapide, nunc primum in lucem ædita. Norimb. apud Gabriel. Hayn, Joannis Petrei generum. 1554. in 4.

Liber *rarus*: at, qui primum editus dicatur, non video, cum jam anno 1546. teste Gesnero, Venetiis prodierit: forte typographus ad Germaniam respexerit.

LACKNER (Christoph.) J. V. D. coronæ Hungaricæ emblematica descriptio. Augustæ Vindelic. 1613. in 4. M.

Editio in nostris quoque terris *raro obvia*.

LACTANTII (Firmiani) opera nuper per Janum Parrhasium accuratissime castigata, græco integro adjuncto, quod in aliis cum mancum, tum corruptum invenitur, in hoc vero emendatissimum invenies. Ejusd. epitome: carmen de phœnice: carmen de resurrectione Domini. Habes etiam Joan. Chry. de eucharistia quamdam expositionem, & in eandem materiam Laur. Vallæ sermonem: habes Phi. adhortationem ad Theodo. & adversus gentes Tertul. apologeticon, habesque tabulam noviter impressam. Venetiis 1509. die III. Januarii. in fol.

Editio *perrara*, ac typo Romano luculento, notas refert typogr. Joan. Tacuini de Tridino. Harwoodus editionem Basileensem anni 1521. de qua mox, idcirco etiam laudat, quod carmen de *passione Domini* in ea primum compareat: sed id jam exhibet Veneta, quam nunc excitavi, nisi forte id ad Basileenses editiones pertinere voluerit, nullam tamen, quæ anno 1521. vetustior sit, memorat.

Divinarum institutionum Libri VII. De ira Dei Lib. I. de opificio Dei lib I. Epitome in libros suos liber acephalos: phoenix: carmen de Dominica resurrectione. Carmen de passione Domini. Basileæ apud Andream Cratandrum, mense Febuario. 1521. in 4.

Editio *rara*, & ad normam Aldinæ anni 1515. excerpta. Possessor sua manu hæc adnotavit: *Viennæ*

per Petrum Polyankum Scepusianum d. XXXV. 1524. ligatus Bude d. XXV. Hæc in calce libri, in principio autem: Petri Polyanki Scepusiani, Natarii Cancellarie regis hungarie sum.

LACTANTII (Firm.) Divinarum institutionum libri VII. proxime castigati, & aucti. Ejusd. de ira Dei liber I. de officio Dei lib. I. Epitome in libros suos acephalos. Phœnix: carmen de Dominica resurrectione. Tertulliani liber apologeticus. Venet. in ædibus Aldi, & Andreæ Soceri. 1535. in 8.

Præter hanc possidemus etiam Basileensem Henrici petri curante Betuleio anni 1563. in fol. & Cantabrigiensem ad fidem codd. tam MSS. quam editorum exactam, anni 1685. in 8. ex offic. Ioan. Hayes, & impensis Ioan. Dickinson; quæ, si usum spectes, prioribus præstat.

LAETI (Pomponii) Romanæ historiæ compendium ab interitu Gordiani junioris usque ad Justinum III. De Rom. Magistratibus: de sacerdotiis: de jurisperitis: de legibus ad M. Pantagathum. Item de antiquitatibus urbis Romæ libellus, qui Pomponio adscribitur. Ejusd. epistolæ aliquot familiares, & vita per M. Antonium Sabellicum. Argentorati ex ædibus Schurerianis. Mense Octobri 1515. regnante Imp. Cæs. Maximiliano Pio, Fœlici, Augusto. in 4. M. *Liber rarus.*

LAINGÆI (Jac.) Scoti, Doctoris Sorbonici, de vita, & moribus, atque rebus gestis hæreti-

corum nostri temporis. Parisiis apud Michaelēm de Roigny. 1581. in 8.

Editio *parum communis*. Continet vitas & facta M. Lutheri, Andreæ Carlostadii, Joan. Calvini, & Knoxii.

LAMBECII (Petri) Commentariorum de Augustissima bibliotheca Cæsarea Vindobonensi Libri VI. Vol. VIII. Vindobonæ typis Matthæi Cosmerovii 1665. = 1674. in fol. cum figg.

Opus *valde rarum*, & sumtuosum. Auctius, ac emendatius, doctisque observationibus passim inspersis bono rei litterariæ Illustris KOLLARIUS Augustæ a consiliis rursus edidit.

————— Diarium sacri itineris Cellensis interrupti, & repetiti. Vien. apud eundem 1666. in 4. M.

Editio *rara*: continet haud pauca, quæ ad illustrandam Mathiæ Corvini regis bibliothecam faciunt.

LAMBERTI (Francisci) Commentarius in evangelium Lucæ. Norimbergæ apud Petreium. 1524. in 8.

————— De causis excæcationis multorum seculorum commentarius. Norimb. apud eundem. 1525. in 8.

Utrumque scriptum inter *rarissima* habetur. Auctor, deserto ordine Divi Francisci, primus omnium fuit, qui in Gallia Lutheri placita sectatus sit. An postea ad Reformatorem partes transferit, lis est, quam decernere nec hujus loci nec mei instituti est.

L A M B E R T I (Franc.) In Cantica Canticorum Commentarii Wittembergæ prælecti. Argentorati apud Joan. Hervagium. 1524. in 8.

————— Commentariorum de sacro conjugio, & adversus pollutissimum regni perditionis cælibatum liber in LXIX. positiones divisus, quibus quid quid ad matrimonium spectat, complexus est, A libri capite habes utilissimam epistolam ad Christianissimum Galliaë regem Franciscum. Ejusd. antithesis Verbi Dei, & inventorum hominum positione prima. Ejusd. psalmi sive cantica VII. quæ ereptus a fornicationum regno, spiritu altissimo cecinit. ibid. 1524. in 8.

Hos quoque libellos inter *rarissimos* bilioth. Solgeriana, aliæque referunt.

L A M B E R T V S *Schafnaburgensis*. Vide supra: HISTORIA *Germanorum*.

L A N D I (Bassiani) ecphrases de motu, tempore, & loco. Patavii apud Jacobum Fabrianum 1552. in 8. *Liber rarus*.

L A N F R A N C V S episcopus Cantuariensis. Vide PHILASTRIUS.

L A N S B E R G I I (Philip.) Uranometriæ Libri III. in quibus lunæ, solis, et reliquorum planetarum, & inerrantium stellarum distantia a terra, & magnitudines hactenus ignoratæ, perspicue demonstrantur. Ad illustres & potentés Zelandiæ

ordinum delegatos. Middelburgi Zelandiæ apud Zachariam Romanum. 1631. in 4. *Editio rara.*

LASCARIS (Constantini) Erotemata græcæ linguæ cum interpretatione latina. Venetiis litteris & impensis Aldi Manutii Romani. 1494. in 4.

Liber teste catalogo biblioth. Solgerianæ rarissimus. Adjecta sunt, alphabetum græcum, abbreviatioes, quibus Græci utuntur, oratio Dominica, & Duplex Salutatio B. Mariæ Virginis, Symbolum Apostolorum, Evangelium S. Joannis Evangelistæ, carmina aurea Pythagoræ, & Phocilidis moralia, quæ interpretationem Latinam ad verbum habent.

———— De octo partibus orationis Liber I. Ejusdem de constructione Liber II. Ejusdem de nomine & verbo lib. III. Ejusd. de pronunciatione in omni idiomate loquendi, ac, ut poetæ utuntur, opusculum. Hæc omnia habent e regione latinam interpretationem ad verbum fere propter rudiuculos, ita tamen, ut amoveri, & addi possit pro cujusque arbitrio. Cebetis tabula & græca, & latina, opus morale, & utile omnibus, & præcipue adolescentibus. De litteris græcis, ac diphtongis, & quemadmodum ad nos veniant. Abbreviatioes, quibus frequentissime græci utuntur. Oratio Dominica, & duplex salutatio ad beatiss. Virginem. Symbolum Apostolorum. Evangelium divi Joannis Evangelistæ. Carmina aurea Pythagoræ. Phocylidis poema ad hene, beateque vivendum. De

idiomatibus linguarum tres tractatus Joannis Grammatici, Eustathii, Corinthi cum interpretatione latina. Introductio perbrevis ad hebraicam linguam. Venetiis apud Aldum mense Octobri. 1512. in 4.

Editio *perrara*, & auctariis, ut ex titulo liquet, locupletata.

LASCARIS (Jani Rhyndacei) Epigrammata. græce. Parisiis apud Jacobum Bogardum. 1544. in 8. *Liber raro obvius.*

LAUDINIUS Eques Hierosolymitanus. Hoc in volumine hæc continentur. Epistolæ *Mauemetis* Turcorum Imp. ad diversos Principes. Epistolæ *Diogenis* Cynici philosophi acutissimi: epistolæ *M. Bruti* quas græce conscripsit, quum ipse & Cassius mortuo Cæsare cum Dolabella pro Syria, Asiaque provinciis sibi per senatum decretis bellum gerunt. *Hippocratis* Coi Medicorum principis epistolæ. in 4. sine loci, & anni nota. folior. 46. M.

Editio *rara*, ac forte eadem cum illa, quam Baue-
rus ex Jo. Christiani Goetzen merkwürdigkeiten regia
biblioth. Dresdensis memorat. Epistolæ inscriptæ sunt
Francino Beltrando Comiti: de Mahomete illarum
authore argumentum, quod operi præmittitur, ita:
epistolas vero ad innumeras orbis gentes plurimas di-
clavit, partim syro, & græco sermone compositas,
partim scythica lingua scriptas, quas quidem Laudini-
nius Eques Hierosolymitanus, earum post sententias
assecutus, Latinas edidit. Utinam aliquod specimen

scythicæ linguæ nobis Laudinius exhibuisset. Quo lector iudicium de his epistolis ferre possit, exscribo illam, quam Mahumetes ad Hungaros, & hi vicissim ad illum dedere.

Turcus Pannonibus.

Virtute vestram Pannonii etsi bello maximam sæpe declarastis, plus tamen vobis incommodi attulisse, quam boni cuiusquam usum, didicistis. His vero, qui majores viribus animos gerunt, semper affuit in bello temeritas.

Pannonii Turco.

Nec belli a te confilia, nec armorum, quibus opugnatur, rationem ab hoste exigimus. Satis prudentiæ quidem gerendis rebus habere existimantur, qui virtute animi, & constantia victoriam sibi cum laude pepererunt.

LAUDINIUS. Epistolarum Turci magni per Laudinum libellus sententiarum gravitate refertissimus: additis non nullis lectu dignis epistolis (ex) Laertio, Gellio, & nostræ tempestatis Callentio, præjuncto unicuique titulo, qui frugem habeat totius lectionis. Adolescentibus studiosis commodissime compactus. — Impressum est hoc epistolarum opusculum Viennæ Pannoniæ ab Hieronymo Philovalle, & Joanne Singrenio Nono kalendas Octobres. Anno 1512. in 4.

Editio nitida & perquam rara, nec exteris, ut ferè pleræque Viennenses seculi XVI. ineuntis editiones, cognita. In fine addit Vadianus scazontem in laudem repertæ typographiæ.

LAUREMBERGII (Petri) Amphilycus ,
 seu de natura crepusculorum tractatio. Hamburgi
 typis Pauli Langi. 1615. M. *Libellus infrequens.*

LAURENTII (Andreae.) De mirabili stru-
 mas sanandi vi solis Galliae regibus Christianissimis
 divinitus concessa liber unus. Et de strumarum na-
 tura, differentiis, causis, curatione, quae fit arte
 & industria medica, liber alter. Parisiis apud Mar-
 cum Orry. 1609. in 8.

Liber *rarus*. Curandi hunc morbum stata tempora
 sunt; Paschatis, Pentecostes, omnium SS. & Natalis
 Domini, tamen alias quoque, cum res poscit, id
 fieri solet. Rex pridie solennis hujus ritus caelestem
 favorem precibus vespertinis & antelucanis sibi con-
 ciliare nititur: ipso die expiata conscientia Missae sa-
 crificio interest, sumtaque eucharistia curandis aegris
 se accingit. Ne qua autem fraus, dolusve subit, sin-
 gulos archiater prius explorat, impostoribus rejectis,
 ceteros ordine ad regem adducit, quibus is faciem
 ac strumam manu in longum & latum cruciatim tan-
 gens haec verba gallica enunciat: *Le Roy te touche,*
& Dieu te guairit: rex te tangit, & Deus te sanat:
 tum appposito crucis signaculo quemvis dimittit. Nar-
 rat Laurentius ex 1000, aegris plures quam 500. in-
 tegre sanatos recedere, plerisque autem dolores sedari,
 ac mitigari. Initia hujus virtutis sanandi strumas a
 Clodovæo, qui primus sacra Christiana amplexus est,
 repeti solent.

————— (Josephi) Lucensis polymathia:
 sive variae antiquae eruditionis libri VI. In qui-
 bus ritus antiqui Romani, externi qua sacri qua

profani, qua publici, qua privati, sacrificiorum, nuptiarum, comitiorum, conviviorum, fori, theatri, militiae, triumphi funeris explicantur, iique e philosophiae, politicae, philologiae adytis eruuntur, proverbiiis, historiis, rebusque criticis illustrati enucleantur. Cum indicibus locupletissimis. Lugduni. 1666. in fol. M.

Bibliotheca Solgeriana, & Freytag librum *raris* accensent.

LAURENTIUS *Vallensis*. Vide VALLENSIS:

LAZII (Wolfgangi) Reipublicae Romanae in exteris provinciis bello aquisitis constitutae commentariorum Libri XII. &c. Francof. apud haeredes Andr. Wecheli Cl. Marnium, & Joan. Aubrium- 1598. in fol. cum figg.

Vogt, Freytag, Sincerus, aliique plerasque Lazii lucubrationes *rarioribus* adnumerant.

LAZII (Wolfg. De aliquot gentium migrationibus, sedibus fixis, reliquiis, lingvarumque initiis, & immutationibus ac dialectis Libri XII. &c. Basileae ex offic. Oporiana 1572. in fol. cum figg.

————— Fragmentum vaticinii cujusdam, ut conjicitur, *Methodii* episcopi ecclesiae Paterensis, & martyris Christi, a Wolfg. Lazio Viennen. Medico, & philosopho repertum, & vice prognostici cujusdam ad annos futuros piis in conso-

lationem evulgatum, cujus & scholiis, argumento, historiarumque collectione illustratum est. Ejusd. Scholia & argumentum in VIII. Daniel. & XI. Esdræ. Libb. IV. Viennæ Austriæ hæredes Syngrenii excudebant. 1547. in 4.

Præfatur ad Marcum Beck a Leopoldstorf per provincias inferioris Austriæ protocancellarium. Longum esset, ac tædii plenum, omnes eos vates, quos ad Methodium illustrandum depromit, recensere. Mirum est, virum doctum operam suam in hac opera voluisse perdere.

L A Z I I (Wolfg.) Laudatio funebris in Exequiis illustriss. fœlicis recordationis Rom. Hung. Boh. &c. Reginae &c. DD. Annæ invictiss. ac potentiss. Rom. Cæs. Ferdinandi hoc nomine primi Hung. Boh. &c. regis &c. domini nostri clementissimi dilectissimæ conjugis, in omnis ordinis virorum corona dicta die XIII. Febr. 1547. Viennæ Austriæ excudebant hæredes syngrenii. in 4. M.

Scriptum *perrarum*. Laudationi præmittitur cenotaphium, ex quo, quæ ad ætatem & mortis genus Annæ reginæ spectant, excerpo. VIX. AN. XLIII. MENS. XI. DIES. III. ☉. EX. PARTVS. TORMEN. DIE. XXVII. IAN. ANNO. SALVTIS. M. D. XLVII.

Historische beschreibung der weitberühmten Keyserlichen Hauptstadt Wienn in Oesterreich, darinn derselben Ursprung, Adel, Obrigkeit, und Geschlechter ausführlich erklärt werden. Viennæ. 1619. in fol.

Est versio *rara* operis, quod latine anno 1545. Basileæ apud Joan. Oporinum prodit.

LEIBNITZII (Godef. Guilielm.) *Novissima Sinica*, historiam nostri temporis illustratura. In quibus de Christianismo publica nunc primum autoritate propagato, missa in Europam relatio exhibetur, deque favore scientiarum Europæarum, ac moribus gentis, & ipsius præsertim Monarchæ, tum & de bello Sinensium cum Moscis, ac pace constituta, multa hæctenus ignota explicantur. Secunda editio, accessione partis posterioris aucta. 1699. in 8. sine l. M.

Collectio apud nos *admodum rara*. Præfatur Leibnitzius erudite non minus, quam prolixè. Pars I. continet relationem P. *Jos. Suarii* Soc. J. qui collegio Pekinensi præfuit. Excerpta ex libro astronomico P. *Verbieft* Soc. J. apud Sinas impresso. Epistolam P. *Grimaldi* Soc. J. ad Leibnitzium Goa 6. Dec. 1693. datam. Item epistolam *Ant. Thomæ Belgæ* S. J. Pekino 12. Nov. 1695. exaratam. Descriptionem itineris Sinensis a legatione Moscovitica annis 1693. 1694. & 95. confecti emendatius editam. Denique appendix excerptorum ex litteris P. *Gerbilloni* S. J. in Nipchou urbe ditionis Moscoviticæ ad confinia Sinensium, die 2. & 3. Septemb. anno 1689. datis, ubi de bello, & pace tandem confecta inter Sinas, & Moscos agitur. Pars II. complectitur iconem regiam Monarchæ Sinarum Cang-Hii, a P. Joach. *Bouvet* S. J. gallice regi Christianissimo oblata, & in latinum conversam.

LEDESMA (Ant. Colmeneri de) chocolata In-

da. Opusculum de qualitate, & natura Chocolatæ. Norimb. 1644. in 12.

Biblioth. Saltheniana libellum hunc *raris* inserit.

LEGENDE Sanctorum. Venetiis impensis Joannis Paep Librarii Budensis. 1498. in 4.

Editio *rarissima*. Re ipsa est *Lombardica historia*, cui in fine adduntur vitæ Sanctorum regni Hungariæ, quæ in illa desunt, ut SS. Stephani, Ladislai Emerici &c. Vitæ S. Stephani regis author est Carthuitius, quæ, etsi hæc quidem editione Cracoviensi sit correctior, ex MS. tamen seculi XV. quod notabiles variantes continet, supplementa non mediocria posset accipere.

LEMNII (Levini) Similitudinum, & parabolarum, quæ in Bibliis ex herbis, atque arboribus desumuntur, dilucida explicatio. Antverpiæ apud Gulielm. Simonem. 1569. in 8. *Editio rara*.

————— Occulta naturæ miracula, ac varia rerum documenta, probabili ratione, atque artificio conjectura duobus libris explicata, quæ studioso lectori non tam usui sunt futura, quam oblectamento. Antverp. apud Guiliel. Simonem. 1561. in 8.

Editio *perrara*, &, ut puto, prima. Prior certe est editio Antverpiana anni 1574. quam Kinderlingus in bibliotheca Bergenfi pag. 77. nostram ignorans, originalem esse putabat.

————— Occulta naturæ miracula: wunderbahrliche Geheimnisse der Natur &c. Libb. IV. typis Voegelianis. 1601. in 4.

Vetustior

Vetustior est versio anni 1581. quam Kinderlingus memorat, nostram tamen nota *raritatis* quoque insignit.

LEMNII (Lev.) Medico Zirizeo della completionem del corpo humano libri due. Nuovamente di Latino in volgare tradotti. In Venetia appresso Domenico Nicolino, 1564. in 8.

———— De gli occulti miracoli & varii ammaestramenti delle cose della natura, con probabili ragioni & artificiosa congettura confermati. In Venetia appresso Lodovico Auanzo. 1567. in 8. *Utraque editio perrara.*

LENCKERS (Johan.) *Perspectiva allen Liebhabern guter künsten zu ehren, und gefallen publicirt.* Norimb. per Dietericum Gerlatz 1571. in fol. cum figg. *Liber rarior.*

LENSÆI (Joan.) Libelli cujusdam Antverpiæ nuper editi contra sereniss. *Joannem ab Austria*, Gubernatorem generalem inferioris Germaniæ, qua parte conscientiæ, ut vocant, libertas in eo requiritur, brevis, ac dilucida confutatio. Lovanii excudebat Joan. Masius. 1578. in 8.

Cum alia scripta hujus authoris, tum hoc in primis apud nos *rarum* est. Argumenti rationem præfatio explicat, quam, quod brevis fit, huc transcribo. *Nuper admodum editus est Antverpiæ typis Plantiniani libellus sine authoris nomine, sed non sine privilegio archiducis Matthiæ ab Austria adversus eum*

librum, quo non ante multo serenissimus princeps D. Joan. ab Austria, hujus inferioris Germanicæ Gubernator suam quamdam intentionem declaraverat, cui propterea titulus erat: Declaratio intentionis D. Joannis ab Austria. Qui liber simul atque in manus nostras venit, serius autem venit, quam volui, cum rumor, nescio quis, eo de libello spargeretur, perlegi studiose, eo præsertim in loco, ubi paginis aliquot, religionis causa tangebatur. Hic vero, quis quis author ille est, haud sanæ fidei hominem se esse demonstravit: simul etiam in falsam opinionem de Catholicis episcopis, Universitatibusque hujus nostri Belgii vehementer, quantum in ipso quidem situm fuit, simpliciores multos adduxit. Quocirca visum est, committendum non esse, ut liber hac præcipue in parte perniciosus, sine omni confutatione, quod vellet, persuadere sineretur. Id quod nerveose omnino præstitit. Multum refert dari in promptu viros, qui, dum episcopi gravissimis laboribus in pastorali cura distinentur, horum auctoritatem adversus petaces non minus, quam dicaces homines scripto tueri possint.

LENSÆI (Joan.) De variis generibus, causis, atque exitu persecutionum, quas pii hoc in mundo peregrinantes patiuntur, liber unus. Lovanii excudebat Servatius Sassenus. 1578. in 8.

———— De officio hominis Christiani in persecutione constituti, ibid. excudebat Joan. Mafius. 1578. in 8.

Utrique opusculo conscribendo occasionem præbuit, Ecclesiasticorum ex Hollandia, & Zelandia expulsio, quasi Hispanicorum consiliorum participes fuissent.

LEODII (Petricii A.) Harmonia Augustanæ confessionis, doctrinæ Evangelicæ consensum declarans. Coloniae apud Cholinum. 1573. in fol,

Bauer ex biblioth. Solgeriana editionem Coloniensem anni 1587. a raritate laudat.

LEONICENI (Nicolai) De Plinii, & aliorum Medicorum erroribus liber. Basileæ excudebat Henricus Petrus. 1529. in 4. M.

Osmont Basileensis quidem editionis, sed anni 1532. meminit, eamque rarissimam inserit.

LEO Magnus Pontifex: *Maximus* Taurin. Petrus *Chrysol.* Ravenn. *Fulgent.* Ruspensis; *Valerianus* Cemel. *Amadeus* Lausan. *Asterius* Amaseni. Heptas Præfulum Christiana Sapientia & facundia clarissimorum. Theophilus Raynaudus Soc. Jesu Theologus priorem editionem variis ad SS. Leonem, & Fulgentium accessionibus instructam, octoginta Fulgentii sermonibus ex MS. cumulavit: censuram inofficiosa censurae libri de prædestinatione & gratia S. Fulgentio vindicati opposuit: Valerianum Cemeliensem accurata defensione textit; adversus parvum charitatis criminatorem: Amedei homilias florulentissimas de Deipara addidit. Hac postrema editione D. Fulgentii liber tertius de veritate prædestinationis, & gratiæ, ante mutilus, nunc primum prodit suis omnibus capitibus absolutus. Perinde atque D. Asterii ho-

miliæ: quibus adjuncti sunt ejusdem authoris sermones omnino XX. longe elegantissimi. Parisiis apud Sebastianum Huré sub signo cordis boni, & Fredericum Leonard sub signo scuti Veneti via Jacobæ. 1661. in fol.

Collectio *rara*. Censura inofficiosa censuræ ad Theologos Lovanienses attinet, qui, quod liber; *de prædestinatione & gratia* Tomo VII. operum S. Augustini hætenus inferi consueverit, suspecti authoris eum esse affirmabant. Raynaudus & in germanum illius parentem inquiri, & iis, quæ duriuscula aut sublesta in illo videri poterant, convulsis, librum Fulgentio asseruit, quemadmodum Molanus, & post hunc alii, librum; *de fide ad Petrum Diaconum*, qui inter opera Augustini itidem referebatur, Fulgentio restituere.

LEONIS (Jo. Bapt.) Carcani de vulneribus capitis liber absolutissimus, triplici sermone contentus. Mediolani ex officina Petri Tini. 1583. in 4. *Liber infrequens*.

LEXICON græcum cum Maximi Tyrii philosophi Platonici sermonibus, & Angeli Politiani Rustico. Basileæ. 1519. in 4.

———— Græco-latinum, partim ex Græcorum lexicis, partim ex recentiorum lucubrationibus non quorumlibet, sed exquisitorum, nimirum Guliel. Budæi, Erasmi Roterodami, Laurent. Vallæ, Hermolai Barbari, Angeli Politiani, Ludov. Cœlii &c. Parisiis apud collegium Sorbonæ. 1530. in fol. *Utrumque opus rarum*.

LICEO (Roperti de) episcopi Aquinensis ord. Minorum sermones quadragesimales perutilissimi. — Quadragesimale preclarissimi viri Roberti de Liceo sacrarum litterarum interpretis celeberrimi (opus utique commendatissimum) in inclita argentinensium civitate exaratum. Anno Christi salutifero. 1497. tertio denique nonas februarii explicat feliciter. in 4.

Opus *rarum*. Aliam editionem Argentinam ejusdem anni in fol. Maittaire memorat, cui adjuncti sint sermones de annunciatione Virginis Mariæ, de prædestinatione, & damnatorum numero: de catenis peccatorum, de spe bona, & de judicio pestilentia.

LICETI (Fortunii) Genuensis in Patavino Lyceo philosophi ordinarii encyclopædia ad aram mysticam Nonarii Terrigenæ, anonymi vetustissimi. Patavii apud Gasparem Crivellarium. 1630. in 4. M.

Dicat author librum Urbano VIII. Pont. Max. verbis in eam formam coordinatis, ut coronam Pontificiam referre videantur. Credo Nonarium imitari voluisse, qui poemation suum instar aræ contexuit, ex quo & nomen poematio ortum.

————— Encyclopædia ad aram Pythiam Publilii Optatiani Porphyrii. ibid. 1630. in 4. M.

Uterque libellus *perrarus*. Hunc Vido Mauroceno Rhodigii Prætori inscribit primum ipse author, tum Martinus Sandelius, quibus elegantes versus subjungit Matthæus Vajra.

LICHTENAU (Conradi) Abbatis Urspergensis chronicum, continens historiam rerum memorabilium a Nino Assyriorum rege ad tempora Friderici II. Rom. Imp. &c. Paraliponena rerum memorabilium a Friderico II. usque ad Carolum V. &c. ab alio annexa. Cum iconibus Imp. & Principum ad vivum expressis. Argent. apud Cratonem Mylium. 1540. in fol. *Liber rarus.*

LILII (Georgii) Britanni chronicon, sive brevis enumeratio regum & Principum, in quos, variante fortuna, Britanniae imperium diversis temporibus translatum est. Francof. apud Joan. Wolfium. 1565. in 4. M. *Opus infrequens.*

LINDANI (Damasi Wilhelmi) apologeticum ad Germanos pro religionis Catholicae pace, atque solida Ecclesiarum in vero Christi Jesu evangelio concordia. Antverp. ex offic. Christoph. Plantini. 1568. — 1570. in 4. Tom. III.

———— Panoplia evangelica, sive de verbo Dei evangelico libri V. Coloniae apud Maternum Cholinum. 1575. in fol.

———— Stromatum libri III. pro variis Sacrosancti Concilii Tridentini Decretis, ac potissimum de suscipiendis una cum Divina scriptura traditionibus, & pro panopliae suae evangelicae, atque apologetici, defensione contra Martinum

Chemnitium, & alios Momos. Coloniae apud Marternum Cholinum. 1577. in 8.

Hæc Lindani scripta *rarioribus* accensent bibliotheca Thomasiانا, Freytag, aliique complures.

LINDENBERGII (Petri) historia rerum in Europa ab anno 1586. ad præsentem 1591. gestarum narratio, quarum eventu maxime memorabili principum in astronomia virorum, D. Henrici Ranzovii &c. Regiomontani, Stoeffleri, & aliorum de anno illo cum primis mirabili 88. prædictiones astrologicas, re comprobatas ostenditur. Ex instructissimæ illustris, & generosi viri D. Henrici Ranzovii bibliotheca summo studio collecta. Hamburgi excudebat Jacobus Wolffius. 1591. in 4. M. *Editio rara.*

———— Hypotiposis arcium, palatiorum, librorum, pyramidum, obeliscorum, cipporum, molarum, fontium, monumentorum, & epitaphiorum, ab illustri, & strenuo viro Henrico Ranzovio Prorege, & Equite Holsato conditorum. Francof. apud Joan. Wechelum. 1592. in 4. cum figg.

Testimonio catalogorum bibliothecæ Salthenianæ, & Solgerianæ liber *admodum rarus.*

LIPPAI (Joan.) Soc. Iesu, hortenses præceptiones, & deliciae. Hungarice. Viennæ. 1664. in 4.

Editio etiam in Hungaria *valde rara.*

LIPSII (Justi) variarum lectionum libri III. quos nunc levi manu recensuit. Antverpiæ apud Christoph. Plantinum. 1585. in 4.

————— De amphitheatro liber, in quo forma ipsa loci expressa, & ratio spectandi, Cum æneis figuris. ibid. 1585. in 4.

————— Epistolicarum quæstionum libri V. in quis ad varios scriptores pleræque ad T. Livium Notæ. Antverp. apud Christoph. Plantinum. 1585. in 4.

————— De conscribendis latine epistolis excepta e dictantis ejus ore anno 1587. mense Junio. Adjectum est Demetrii Phalerei ejusdem argumenti scriptum. Magdeburgi apud Joan. Francum. 1594. in 8.

————— De militia Romana libri V. Commentarius ad Polybium. E parte prima historicæ facis. Antverp. ex offic. Plantiniana. 1596. in 4. cum figg.

Possidemus itidem ejusdem operis ultimam editionem quæ ibidem anno 1614. in 4. prodiit.

————— Fama postuma Moreto Balthasare. authore ibid. 1613. in 4.

————— Opera omnia, quæ ad criticam proprie spectant: quibus accessit Electorum Liber II. cetera item varie aucta, & correctæ. ibid. apud Christoph. Plantinum. 1585. in 4.

L. IPSII (Justi) Omnia postremum ab ipso aucta, & recognita: nunc primum copioso rerum indice illustrata. Tomi IV. Vefaliæ typis Andreae ab Hoogenhuysen. 1675. in 8.

Pleraque hæc, quæ recensui, Lipsii scripta apud nos rara sunt.

LIVII (Titi) Decas III. Italice reddita. Romæ 1476. in fol. maj.

Editio rarissima. Præfatio ad Lectorem ita habet. Lectori prestantissimi & della historie longamente periti, sapiate, come la presente Deca terza di Tito Livio Patavino historico della seconda guerra Punica: ovuoi dire, Carthaginesè : insieme con la prima ab urbe condita, & la quarta della guerra Macedonica: sostate fedelmente interpretate, & con somma diligentia di Latino in materna lingua traducte: correcte, & impresse nella citta di Roma presso a sancto Marco sotto gliani del N. S. Jesu Christo mille quattrocento septantasei a di XX. del Mese di Julio. Sedente Xysto Quarto Pontifice Maximo nel anno quinto del suo Pontificato. Valet. In fine autem : Qui finisce il decimo libro della terza Deca di Tito Livio Padovano historico della seconda guerra Carthaginesè. Seguita il primo libro della quarta deca. Tum latine: Decades ambe cum sequenti quarta in uno volumine impresse fuerunt in urbe Romana. Anno Christi Millesimo quattuorcentesimosexagesimo sexto sedente. Xisto quarto Pont. Max. Annus sine dubio ex præfatione rescribendus est: quatuor centesimo septuagesimo Sexto: cum Sixtus IV. anno 1471. primum sedere coeperit, & annus 1476. accurate respondeat Pontificatus ejus anno quinto. Decas hæc universe complectitur folia 173. ex his 10. tabulam materiarum

in principio conficiunt: typus luculentus Romanus, geminis columnis exscriptus, charta candida & spissa, nulli reclamantes, & signatura, pauca syncopes, eaque ut plurimum in vocibus *con*, *che*, & *per*: litteræ capitum, & Librorum initiales parvæ, aliquando nullæ.

Italicam hanc Livii editionem Maittaire indicat, & interpretem illius *Ruggerum Ferrarium* fuisse prodidit. Qua in opinione nactus est adversarios Apostolum Zenum, & Paitonium, qui negant, Ferrarium authorem hujus versionis fuisse. Meum non est, utri rectius sentiant, decernere: id solum observo, Decadem IV. ut hanc P. Franc. Xav. Layre Ord. Minor. Specim. Hist. typogr. Romanæ Seculi XV. pag. 230. exhibet, citius impressam fuisse, quam nostram hanc tertiam, cum ista *die XX. mensis Julii*; illa vero *XXX. Maji*, eodem anno 1476. finem acceperit, ut sequens ex eodem Laire sumpta clausula docet: *regnante il Sanctissimo Padre Xisto Pontefice maximo in quinto anno del suo felice pontificato a di XXX. di maggio nel anno dell' incarnatione di Christo M. CCCC. LXXVI. fu impressa la presente Deca (quarta) nella Città di Roma appresso il palazzo di San Marco.* Possessor decadis nostræ nomen suum averisæ parti thecæ lignæ viridî colore ita adscripsit. *Medicine doctor Joan. Benedictus ex Grina emit hunc librum, tenetque, & quidem feliciter. Laus Deo.*

Bauer supplementi Vol. II. pag. 181. hanc eandem editionem ex Osmont videtur indicare, eamque hujus autoritate affigit anno 1472. Vereor tamen, ne non editio Latina, quæ hoc anno Romæ prædiit, cum Italica versione confusa fuerit. Certe nec Cardinalis Quirinus, nec, qui in eum annotationes adjecit, Jo. Georg. Schelhornius, mentionem Italicæ editionis faciunt, Laire autem cit. loc. pag. 179. his verbis refragatur. *Aliqui bibliographi indicant quamdam Li-*

vii editionem hujus anni (1472.) Italica lingua expressam, sed nullo fundamento nititur eorum assertio.

LOBEL (Matthiæ de) Insulani, plantarum, seu stirpium historia. Cui adnexum est adversariorum volumen. Antverp. ex offic. Christoph. Plantini. 1576. in fol. vol. II. cum figg.

Liber *rarus*. Volumen II. prodiit authoribus Petro Pena, & eodem Lobelo: accedunt Guillelmi Rondelletii aliquot remediorum formulæ, nunquam antehac editæ, tum index locupletissimus latinus, Belgicus, Hispanus, & Italicus.

LOBKOVITZ (Caramuelis) Theologia moralis fundamentalis. Editio secunda multo auctior, in qua, reiectis plurimis sententiis extremis (laxis) quas merito nec veritas, nec Theologorum prudentia admittit: & coire jussis multis opinionibus mediis (benignis) fundamentales assertiones ponuntur, quæ ectheses universas succollent: in qua etiam quæstiones omnes, difficiles quidem & arduæ, quas nodis Gordiis prima editio implicuerat, summa doctrinæ consequentia & facilitate dissolvuntur. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1656. in fol.

Editio *rara*. Prima prodiit Lovanii 1643. hanc Vogt cum Reimmanno atheisticis scriptis inserere nil pensi habent. Fuere etiam ex Catholicis complures, qui sentiendi libertatem in Caramuele reprehendebant. De his in editione hac secunda, quam Alexandro VII. Pont. Max. inscribit, queritur, ea, quæ is interrogan-

tis more, ut disceret, proponebat, sibi tamquam certa asserenti, perperam tributa fuisse. *Hinc patet, inquit, qua censura inurendi sunt illi, qui interrogationes non nullas verterunt in affirmationes: si enim processerunt bono animo, indocti, & imperiti sunt, si malo, detractores, & calumniatores.*

LOBKOVITZ (Caram.) Demonstratio Catholica ad omnes orthodoxæ fidei controversias decidendas clarissima, quam ex authoris MS. desumptam bono publico imprimendam curavit R. D. Stanisl. Sczgielski, Præpositus Tuchoviensis Ord. S. Benedicti. Cracoviæ apud hæredes Lucæ Kupiss. 1665. in 12. *Libellus rarior.*

LOCCENII (Joan.) Historiæ rerum Svecicarum a primo rege Sveciæ usque ad Caroli Gustavi regis Sveciæ obitum deductæ libri IX. Vpsaliæ ex typogr. Henrici Curionis. 1662. in 8. M.

Editio apud nos parum communis.

LOCHMEYERI (Michael.) Parochiale Curatorum concinnatum, exquisitissimaque diligentia doctioris hominis emaculatum. Basileæ apud Michaelem Furter. 1500. in 4.

Liber rarus. Annum & locum editionis sumfi ex epistola, quæ ad calcem operis adjecta est. *Magister Gaspar Haslachius Basilee Leonis Bursæ Preses Sacerdotibus S. D. Pervenit nunc nuper ad me index, seu, ut vocant, Directorium excellentis doctrine doctoris Lochmeyrs, quem ego illico, cum vidissem, propter divine reipublice utilitatem Michaeli Furter Basilee*

urbis inquilino dedi imprimendum, qui quantum vobis archanis litteris deditissimus profuerit, cum supremum ipsi legendo fastigium imposueritis, e vestigio patescit. Valet. Anno M. CCCCC. 14. Mensis Julii.

LOMBARDI (Joan. Franc.) Neapolitani Synopsis authorum omnium, qui haecenus de balneis, aliisque miraculis Puteolanis scripserunt. Adjectis ejusdem locis obscurioribus non inutilibus scholiis. Neapoli. Imprimebat Matth. Cancer. 1559. in 8.

Editio admodum rara. Dicat hanc non tam author, quam editor, Mariæ Aragoniæ: præstantur autem ad lectores primum Franciscus Brancaleo, tum Pyrrhus Antonius Cephalæus Nuscanus, quibus subjungit græcum asclepiadæum Franc. Balisterius Siculo Zancæus. Re autem vera opusculum est authoris anonymi, quod ante annum 1480. primum videtur prædiisse. Ita enim Augustinus Tyfernus ad Sebastianum Mair typographum Germanum: Nuper Sigismunde, quum Puteolis essem, - - - rogaveram socium itineris mei senem quemdam Puteolanum, numquid nomina eorum locorum, quos coram contemplabamur, scripta invenirentur? dicebat, extare quoddam opusculum - - nescire autem se, ubi id inveniri posset, quod nunc anni plus, quam 30. transissent, quum fuisset literis æreis impressum. Repererat id forte fortuna Neapoli, ac Christophoro episcopo Lubanensi, tum Lucæ de Renadis Præposito Xantenfi Cæsareis apud Catholicum regem Legatis mire probatum, Sigismundo Mair recudendum dedit. Te ipsum, inquit, ad id imprimendum potissimum elegi, quod imprimendi diligentia - - ceteros tui artificii viros longe post se

*relinquere mihi videris. - - Addidi quædam, & ea non pauca, quæ legentibus judicavi non injucunda futura. Vale. Anno M. D. VII. Kal. Junii regnante Ferdinando Aragonæo. Nostra igitur editio, si liber hic a Sebastiano Mair recusatus sit, ordine tertia est. Ceterum, author opusculi videtur ante Pii II. Pont. Max. tempora floruisse, ut ex Francisci Aretini ad eum data epistola constat. *Evoluenti mihi*, Aretini hæc sunt, *quædam librorum volumina Pie Pont. Max. & animi laxandi gratia codices illos perquirenti, reperti hoc opusculum Putealanarum regionum - - cum in eo titulum auctoris non invenerim - - ad tuam Beatitude opus dicari volui.**

LOMBARDI (Joan. Franc.) Petri, Libri IV. Sententiarum cum conclusionibus, & partitione textus *Henrici Gorichem* cum expositionibus *Egidii* de Roma, & in quasdam *Hylarii* difficiliore propositiones: cum additionibus *Henrici de Wurimaria* antea non visis, diligentique examinatione textui de novo appositis: cum erroribus quibusdam Parrhisiiis revocatis, cum articulorum specificatione, in quibus Magister ut communiter non tenetur. Sumptibus & expensis ex officina providi Nicolai Kessler civis Basileensis vicesimo die mensis Augusti. 1502. in fol.

————— Sacratissima sententiarum totius Theologie quadripartita volumina. Cracovie ex officina Mathie Scharffenberg. 1519. in 4.

Utraque editio rara, & Maittaireo ignota.

LOMBARDICA historia, sive legenda sanctorum. Reutlingen. 1485. in fol.

Liber plurimum testimonio *rarissimus*.

————— Historia, que a plerisque Aurea Legenda Sanctorum appellatur. — Expliciunt quorundam Sanctorum Legende adjunctæ post Lombardicam historiam. Impresse Argentine anno domini 1490. Finite altera die assumptionis Marie. in fol.

Maittairius editionem Basileensem ad hunc annum memorat, nostra illum latuit, nec Bauero, aliisque cognita fuit.

————— Historia, & Passionale Sanctorum, Argentine. 1497. in fol.

————— Idem opus eodem titulo. Norimberge per Antonium Koberger. 1501. in fol.

Neutra editio a Maittairio memorata est.

LONGOLII (Christoph.) Ad Luterianos jam damnatos oratio omnibus numeris absoluta. Colonia apud Joan. Gymnicum. 1529. in 8.

Oratio perquam rara.

LONICERI (Philip.) Chronicorum Turcicorum Tomi II. Francofurti apud Joan. Wechelum. 1584. in 8. *Liber rarus.*

LOOS (Cornelii) Spiritus vertiginis utriusque Germaniæ in religionis dissidio, unde cunctæ ca-

laminatæ vera origo, progressus, ac indubitatus curandi modus, cum rejectione inefficacium ad hoc remediorum. Mogunt. apud Casp. Behem. 1579. in 8. *Scriptum rarissime obvium.*

LORICHI (Gerhardi) Hadamari theses professionis Catholicæ, una cum abusuum, superstitionum, hæresion item, & schismaton cuique Catholico fugiendorum indicio ad exactam Ecclesiæ reformationem, pacemque conciliandam accurate digestæ. Wetzlarii Cal. April. 1541. in 8. *Liber infrequens.*

———— Reinardi de institutione Principum loci communes &c. Francof. 1538. in 8.

Bauer ex biblioth. Jo. Christii notam *raritatis* illi tribuit.

LORINUS. Le Fortificationi di Buonajuto Lorini Nobile Florentino. Con l'aggiunta del sexto libro. Venetiis typis Francisci Rampazetti. 1609. in fol. cum figg. copiosis. *Liber rarior.*

LOTICHI (Petri) de asini lana satyricon. Francofurti. 1646. in 8.

———— Jo. Petri, Super poetis Nov-antiquis censura, sive promulsis critica. ibid. 1645. in 8. *Utrumque scriptum rarum est.*

LUBERTI (Sibrandi) de Jesu Christo Salvatore, hoc est, cur, & qua ratione Jesus Christus
 ftus

flus noster Servator fit, Libri IV. contra *Fauftum Socinum*, in Academia Franekerana. Excudebat Aegidius Radæus 1611. in 4.

LUBERTI (Sibrandi) Commentarii ad 99. errores *Conradi Vorstii*. ibid. 1613. in 8.

Uterque Liber apud nos ex *rarioribus*.

LUBIENIETZ (Stanislai de) Theatrum cometicum. Pars prior; communicationes de cometis 1664. & 1665. cum viris per Europam clarissimis habitas, eorum observationes, easque accuratissimas tabulis æneis expressas continens. Ad sereniss. & potentiss. Fridericum III. regem Daniæ, & Norwegiæ &c. Amstelodami apud Franciscum Cuyperum. 1667. in fol.

————— Theatri cometici pars posterior, sive historia Cometarum a diluvio ad A. C. 1665. historiæ universalis Synopsim quamdam continens, Ad sereniss. & celsiss. Georgium Wilhelm. & Joan. Fridericum Duces Brunsvicenses &c. ibid. 1667. in fol.

————— Theatri Cometici exitus de significatione cometarum, scitis quorund. amicorum object. responsionib. auctoris & judiciis Viror. Cll. expeditus. Et iusta Rautensteiniana. Ad sereniss. et celsiss. Principes Philippum Wilh. Neoburgicum, & Philippum Sultzbacensem, Comites Palatinos Rheni &c. ibid. 1667. in fol.

Opus *rarum*, ac uno volumine contentum. Titulos exscripti ex frontispicio celatura ornato; alter enim et in verbis, et editionis anno variat. Pars prior, et Exitus theatri Cometicum annum 1668. pars autem posterior annum 1666. referunt. Id forte in causa fuerit, cur Bauerus catalogo bibliothecæ Jo. Christii nixus, ex parte posteriore, & historia cometarum duo distincta opera faceret.

LUBINI (Eilhardi) Antiquarius, sive priscorum, & minus usitatorum vocabulorum brevis ac dilucida interpretatio. Francof. ex officina Sigism. Latomi. 1601. in 8. M. *Liber infrequens*.

LUCAE (Franc.) Notationes in sacra Biblia, quibus variantia discrepantibus exemplaribus loca summo studio discutiuntur. Antverp. ex offic. Christoph. Plantini. 1580. in 4. *Editio rara*.

LUCANUS (Annæus) cum duobus cœmentis Omniboni, & Sulpitii Verulani. Venetiis per Bartholomæum de Zanis de Portesio. 1505. die XXIII. Mensis Octobris. in fol.

Editionem hanc *raram* plerique silentio prætereunt, meminit illius tamen Harwoodus, videturque ad exemplum anni 1493. exscripta esse. Duplex exemplar hujus editionis possidemus.

LUCANI Bellorum civilium scriptoris accuratissimi Pharsalia, antea temporum injuria difficilis, ac mendosa, novissime autem a viro docto exposita, & apprime plus, quam bis mille locis emendata: scribentibus Joanne Sulpitio, & Omnibono Vicentino, viris eruditissimis. Additis insuper de

novo græcis, quæ ubique deerant. Nec non utilissimis apostillis una cum figuris, suis locis apte dispositis. Impressum Venetiis summa diligentia per Augustinum de Zanis de Portesio, impensis attamen & opera solertissimi viri Melchioris Sessa. 1511. die IV. Mensis Junii. in fol.

Hujus quoque editionis, nec Bauer, nec Harvoodus, qui tamen bene multas in seriem coegerunt, meminere.

LUCANI (Annæi) Pharsalia. Eodem profus, quo anni 1511. editio fuit titulo. In finem: In ædibus Guilielmi de Fontaneto Montisferrati. Anno Domini 1520. die XVIII. Februarii. Inclyto Leonardo Lauretano Principe. in fol.

Editio rara, & Maittairio, Fabricio, ac Harvoodo ignota. Bauerus quidem Argentinam editionem hujus anni in 8. quæ ad Aldinas conformata fit, memorat, nostram tamen ignoravit.

LUCANI (Ocelli) de universa natura libellus Ludovico Nogarola Comite Veronensi interprete. XII. Januarii D. M. LVIII. Ejusdem Nogarolæ epistola super viris illustribus genere Italis, qui græce scripserunt. Venetiis Joan. Gryphnis excudebat. græc. lat. 1558 in 4.

———— De universi natura libellus, græce & latine Francof. 1596. in 8.

Utramque editionem biblioth. Samuelis Engellii, et Sincerus inter raras locant. Nogarolæ versio nequa-

quam prima est, quod Lucanus Gulielmo Christiano interprete jam anno 1541. Lugduni prodierit. Exstat quoque apud nos editio Amstelodamensis græco-latina anni 1661. in 4. interprete Carolo Emanuele Vizzanio, qui paraphrasi commentarium ubique subjungit. Hæc omnium optima est, quod eam Vizzanius ad codices antiquiorem, & recentiorem bibliothecæ Vaticanæ, item Thomæ Bartholini, & Comelini, denique ad Lovaniensem, aliosque exegerit.

LUCIANI philosophi dialogus, quomodo solus nudus per acheronta transvehi potest: una cum recommendatione heremi Francisci Petrarche. Et tractatulus synonymorum Ysidori de vite presentis regimine, non tam jocundus quam utilis legentibus. in 4. sine l. & a. folior. 12.

Typus gothicus est. Adjungitur etiam alter ex Luciano dialogus, nempe *contentio Alexandri Magni, Hannibalis Carthaginensis, & Scipionis Africani majoris de artis imperatorie presidentia*. Utrumque e græco latinum fecit Joannes Arispa. Præfatur autem Paulus Nivis ad Thomam Friberger, plebanum Fribergensem ad S. Petrum.

———— Saturnalia, Cronosolon, id est, saturnalium legum lator; epistolæ saturnales; de luctu, Abdicatus Icaromenippus; seu hypernepheus; Toxaris, sive amicitia, Alexander, seu pseudomantis; Gallus, seu Somnium, Timon seu Mifanthropus, pro tyrannicida declamatio Lucianicæ respondens; de iis, qui mercede conducti degunt. Dialogi XVIII. Hercules Gallicus, eunuchus seu Pamphilus, de sacrificiis, convivium seu Lapithæ,

de astrologia. Des Erasmo Roterodamo interprete. Basil. apud Joan. Frobenium. 1517. in 4.

Simile opus, ac eodem prorsus titulo, sed anni 1521. in fol. Bauerus inter *admodum rara* recenset.

LUCIANI Aliquot exquisitæ lucubrationes per Joannem Alexandrum Brassicanum latinæ redditæ, æ uberrimis Scholiis illustratæ. Demonactis philosophi Cyprii vita; dialogus omnium festivissimus, qui inscribitur, parasitus; sive, an parasitica sit ars: Scytha, sive hospes: Harmonides, & Herodotus, sive Aetion, aut quomodo quis à laudatis viris non vulgarem laudem assequi possit. Luciani vita. Ex I. volumine græcarum epistolarum epistola Pythagoræ ad Hieronem. Excusum Viennæ Austriæ per Joannem Singrenium. Anno a nato Jesu 1527. Mensis Julii die decima. in 4.

Liber *rarus*, & a plerisque, ipso etiam Gesnero, qui multas Brassicani lucubrationes cum laude memorat, neglectus. Inscritur opus Marco Boek a Leopoldsdorff, cujus insignia averfam tituli faciem occupant. Luciani vita, & Pythagoræ ad Hieronem epistola, quas postremo loco titulus exhibet, reliquum opus antecunt, in cujus commendationem carmina præmittunt Joan. Cuspinianus, Leonardus Coxus Britannus, Martinus Oenoprepus, & Joan. Ludov. Brassicanus, Alexandri frater. Locus hic me erroris, quem Part. I. voce *Brassicani Jo. Ludovici*: erraveram, admonet, ubi pro *Jo. Alexandro*, ille mihi obrepfit. Commentario in Demonactis vitam multa ex Jano Pannonio epigrammata immiscet, de quibus vide infra *Pannonii Jani*.

LUCII (Joan.) de regno Dalmatiæ, & Croatiae libri VI. Francof. apud Joan. Blaeu. 1666. in fol. M.

Notam raritatis illi tribuit Vogtius, & Amstelodami editum hoc anno scribit; atque, editiones Francofurtensem anni 1666. & Amstelodamenses annorum 1668. & 1688. non repressionem operis, sed tituli solum & anni mutationem indicare. Conjuncta sunt presbyteri *Diocleatis* regnum Slavorum: *Marci Maruli* regum Dalmatiæ & Croatiae gesta: *Thomæ* archidiaconi historia Salonitana: *Michæ Madii* historia de Spalato &c. Tabula a *Cutheis* de gestis civium Spalatinorum, obsidionis Jadertinae Lib. II. & *Pauli a Paulo* memoriale.

LUCRETIVS (Carus) commentariis a Joan. Bapt. Pio illustratus: codice Lucretiano diligenter emendato: nodis omnibus, & difficultatibus aperitis: obiter ex diversis auctoribus tum græcis, tum latinis multa leges enucleata, quæ superior ætas aut tacuit, aut ignoravit. Pellege: lætaberis. Ad-ditus est index litterarius. Venundantur ab Ascensio, & Joanne Parvo. — In chalcographia Ascensiana ad III. Idus Augusti. 1514. Quæ vero sequuntur ejusdem Pii retractiones, data opera seorsim impressimus, ut cuilibet lucubrationum dicti Pii apponi possint &c in fol.

Editio nitida, & rara, soli, quod sciam Maittairio, & Fabricio memorata, primaque, ut ille ait, quæ Lutetiæ typis Ascensianis prodierit. Inscribit illam Nicolaus Beraldus Deloino, regio Confilario, Pius autem R. ac Augusto Antistiti D. Georgio Cassovio,

regis illustrissimi Pannonii, ac Boiemici supremo Secretario, Episcopo Quinque-Ecclesiensi. Erat is, ut ex annorum ratione patet, Georgius Szakmary, quem cum vocet Cassovium, probabiliter oriundus Cassovia fuerit, ut videtur illis verbis in nuncupatoria epistola indicare: *nos perinde Cassoviam Pannoniæ Pannoniam vel a tali tantoque alumno jure vocabimus, quam, ne in assentationis aleam eamus, his contenti seponemus.* Occasionem dicandi Episcopo operis dedit hujus nepos, Laurentius Bistrizius, quem studiorum causa Bononiam a Pio informandum miserat, in cujus laudes non minus, quam Antistitis prolixè eloquens est. Istum a consiliorum gravitate Catoni æquiparat: *cujus animum, Deum merum in hospitio corporis divertentem cum rex ipse apprime dignoscat, mutum concilium, elinguem Curiam vocat, ubi Pannonius Cato non interfuit, quem si forte philocæni, & apsicori limo intuentur, hos tamquam Juppiter Homericus, qui deos desciscentes nihili facit, neque, ut retineat, curæ est, meliorem mentem adprecatus, etiam fovet, ac sublevat:* non obscure ad invidiam, qua Episcopus ob præcellentem sapientiam, & doctrinam apud populares suos laborabat, alludens; de qua re Baro Burgio in Hungaria Nuncius Apostolicus in epistolis ad Sadoletum Episcopum datis, necdumque editis, copiose agit. In fine operis ad eundem Episcopum ejusdem Pii epistola alia subnectitur.

LUCRETII (Cari) Libri VI. ad veterum exemplarium fidem castigati. Venetiis ex ædibus Aldi. 1515. in 8.

Laudatur hæc editio, & *raris* inseritur a Freytagio: Harwoodus illam pluris quam libra Anglicana venisse memorat.

LUCRETII (Cari) De rerum natura Libri VI. a Dionysio Lambino Monstrolienſi, litterarum græcarum in urbe Lutetia doctore regio, locis innumerabilibus ex auctoritate quinque codicum manu ſcriptorum emendati, atque in antiquum ac nativum ſtatum fere reſtituti, & præterea brevibus, & perquam utilibus commentariis illuſtrati. Pariſiis, & Lugduni habentur in Gulielmi Rouilli, & Philippi G. Rouillii Nep. ædibus, via Jacobæ ſub concordia. Temporum, & rerum reſurrectio. 1563. in 4.

Editio *rara*, & omnibus, quæ præceſſerunt, antepoſendo. Siquidem Lambinus octingentis locis Lucretium ab ſe reſtitutum, aliumque, quam qui prius erat, factum eſſe candide fatetur. Uſus eſt autem ad eum reſtituendum, non quindecim, ut bibliotheca Latina Fabricii curante Jo. Aug. Erneſto habet, ſed quinque codicibus MSS. ac tribus quidem Romæ, uno Vrticano, altero, qui fuit Gulielmi Faærni, tertio Scipionis Tethii Neapolitani, Pariſiis vero duobus, Memmiano altero, & altero Bertiniano. Mirum eſt, a Maittaire editionem hanc præteritam fuiſſe.

LUDEWIGS (Joan. Petri) vollſtändige Erleuterung der güldenen Bulle, in welcher viele Dinge aus dem alten Teutſchen Staat entdeckt, verſchiedene wichtige Meynungen mit andern Gründen beſetzt, und eine zimliche Anzahl von biſhero unbekandten Wahrheiten an das Licht gegeben. Francof. apud Thomam Fritſchen, 1716. — 1719. in 4. Tomi II. M.

Liber *rarus*, ut catalogi bibliothecæ Solgerianæ, & Feverlini testantur, eam præcipue ob causam, quod incalstratus sit.

LUDOLPHI Carthusiensis, qui & auctor fuit vitæ Christi, in psalterium expositio. — Opus hoc aureum diligenter emendatum, ac ab innumeris mendis tersum, feliciter terminatum est in iaculo Parrhisiorum gymnasio, impressumque per solertissimum virum magistrum Bertholdum Rembolt in vico divi Jacobi apud solem aureum commorantem: impensis ipsius & honesti viri Joannis Parvi dicte universitatis librarii jurati in eodem vico ad intersignium lili aurei moram trahentis. 1514. in 4. maj.

Jacobus le Long editionem Parisinam anni 1513. in fol. memorat: si in anni consignatione erratum non est, nostra illum latuit. Author ut plurimum interpretes Hieronymum, Augustinum, Cassiodorum, & Lombardum in explanatione sequutus est, ad cuiusvis Psalmi finem concinnam oratiunculam addens, quæ ratio mire quantum Wimpelingo probatur in epistola ex Spiris calend. Januariis anni 1491. ad literarum cultores data, quæ operi huic præmittitur. Expositionem sequuntur Francisci Petrarchæ *psalmi penitentiales*, tum *confessionales*, postremos monet editor caute, & sobrie legendos esse. In fine adnectitur brevis biographia Ludolphi, ex qua discimus auctorem gente Saxonem fuisse, floruisseque sub Ludovico IV. anno 1330.

LÜBECK. Kurtzer warhaffter Bericht: daraus ein jeglicher unpartheiliger --- gründlich zu ver-

nemen, dasjenige, was in nahmen und von wegen des hochwürdigen durchleuchtigen --- Fürsten, und Herrn, Herrn Christian erwehltm Bischoffen des Stifftes Minden, Hertzog zu Braunschweig, und Lüneburg &c in newlicher Zeit zum Zollspyker, Gammerorth, und in den vier Landen unter das Ampt Bergerdorff gehörig, vorgenommen, und in einer durch öffentlichen druck auffertigter Schrifft anmaßlich hat justificiret werden wollen, eine lautere zunötigung, und gewalt sey, auch mit keinen Schein rechtens behauptet werden könne: auff Befelich beyder erbarn Städte Lübeck und Hamburg -- publicirt. Sampt den darzu gehörigen Beylagen. Hamburgi per Paulum Langen. 1620. in 4. M. *Scriptum perrarum.*

LUITOLDI (Varemundi,) per quos steterit, quo minus Hagenoæ proximis comitiis de componendo religionis dissidio initum colloquium sit. De optima ratione habendorum conciliorum, & pacandarum ecclesiarum: a quibus jure exigatur restitutio bonorum ecclesiasticorum. Hic cognosces, quæ de pace cum Protestantibus acta sunt Augustæ, Schvinfurti, Norimbergæ, Francofurti, & Hagenoæ. 1540. in 8. Sine loci nota.

Editio *rara*. Additur in fine Decretum comitorum Francofurtensium anni 1539. de pace in causa religionis servanda, & conventu componendæ religionis habendo.

LUITPRANDI Ticinensis Diaconi opusculum de vitis Romanorum Pontificum. Item *Albonis* Floriacensis Abbatis epitome de vitis eorundem ex Anastasii bibliothecarii historia excerpta. Utrumque ex pervetustis MSS. Codicibus membraneis descriptum, & nunc primum typis præcufum, Montugiæ ex typogr. Joan. Albini. 1602. in 4. *Liber rarus*

————— Subdiaconi Toletani, Ticinensis Diaconi, tandem Cremonensis Episcopi opera, quæ exstant. Chronicon, & Adversaria nunc primum in lucem exeunt. P. Hieron. de la Higuera, Soc. Jesu presbyteri, D. Laurentii Ramirez de Prado Consiliarii regii Notis illustrata. Antverpiæ ex offic. Plantiniana Balthaffaris Moreti. 1640. in fol.

Editionem *raram* esse, testatur Bauer supplementi vol. II. pag. 187.

LUNDORPII (Michael. Casp.) Acta publica Cæsarum Romanorum Matthiæ, & Ferdinandi II. Francof. 1623. in 4.

Editio, ut biblioth. Saltheniana refert, *prima, incastrata, & perrara.*

LUPACII (Procopii) Rerum Boemicarum ephemeris, sive Kalendarium historicum ex reconditis veterum annalium monumentis erutum. Opus nunc primum in lucem editum, una cum coronide, ac locuplete personarum, & rerum me-

morabilium indice. Imprimebatur Pragæ in offic. Georgii Nigrini. 1584. in 8. M.

Notam *raritatis* illi tribuit Sincerus Notit. histor. crit. pag. 25. Præmittuntur operi dedicatio authoris ad Wilhelmum Urfinum a Rosenberga, tum Petri Codicilli ad Lupacium epistola, & variorum in operis laudem versus, denique catalogus authorum tam MSS. quam editorum, ex quibus Ephemeris conflata est.

LUSCINII (Ottomari) græce & latine Senarii proverbiales ex diversis poetis græcis a Stobæo collecti &c Argentinae apud Joan. Knoblouchum. 1527. in 8. *Libellus perrarus.*

LUTHERUS Martinus. Hujus scripta primæ editionis, quæ fere in forma 8. aut 4. prodierunt, inter *rarissima* censi solent. Bibliotheca nostra, ex his frequentia possidet.

————— De instituendis Ministris Ecclesiæ ad clarissimum Senatuum Pragensem Bohemiæ. Wittembergæ. in 4. sine an.

————— De constituendis scholis liber donatus Latinitate. Hagenoæ per Joan. Secerum. in 8. sine an.

Præfatur *Melanthon*; opusculum Lutherus inscribit *Magistratibus, & Senatoribus civitatum Germaniæ.*

————— Ain christliche, und vast wolgegründte Beweyfung von dem jüngsten Tag, und von seinen Zeichen, das er auch nit verr meer sein mag. D. M. L. O Herr hilf uns, wir verderben. Matth. VIII. Wittemb. in 4. sine an.

LUTHERUS Mar. Anzeigung, wie D. Martinus Lutherus zu Wurms auff dem Reichstag eingefahren, durch K. M. in aygner Person verhört, und mit im darauff gehandelt. in 4. sine loc. & an.

LUTHERI Mart. Das ander teyl wider die hymlichen Propheten vom Sacrament. Wittemberg. Yhr torheit wird yederman offenbar werden. II. Timothei III. in 4. sine an.

———— Eyn freiheytt des Sermons Befpflichten Ablas, und Gnad belangend Doctoris Martini Luther widder die vorlegung so zur smach sein, und desselben Sermon ertichtet. Getruckt zu Leipzgk durch Wolfgang Stöckel in der Grimmschen gassen. in 4.

In fine adduntur duo versus cum Siglis M. L. & anno.

Ich vormiß mich nit über die hohen tannen zu fliehen,

Vorzweyfel nit, ich müge vber das dorre gras kriechen.

M. L.

1520.

———— An den christlichen Adel deutscher Nation von des christlichen Standesbesserung. Lipsiæ per Wolfg. Stöckel. 1520. in 4.

Dicat opus dem achtparn und wirdigen Herren Nicolao von Amsdorff, der heiligen Schrift Licen-

tiat, und Tumhern zu Wittemberg. Datum dedicationis est: zu Wittemberg ym Augustiner Closter am abent S. Johannis Baptiste im thaufendfunffhundert und zwentzighsten Jare.

LUTHERM. Von den newen Eckischen Bullen und Lugen. Wittemberg. 1520. in 4.

———— Ein fruchtbare Unterrichtung von den güten wercken, so durch die Menschen beschehen. Basil. per Adamum Petri 1520. in 4.

———— R. P. Doct. *Mart. Lutheri* Augustiniani Theologi Synceri Lucubrationum Pars una: quas addidit usque in annum præsentem XX. Catalogum earum versa tibi pagina indicabit. Alio Tomo, Domino volente, posthac meliora trademus, ut absoluta fuerint eodem authore, nempe in Psalms, & Paulum. Basil. apud Adam Petri 1520. Mense Julio — Pars II. operationes F. Martini Lutheri in Psalms Wittenbergensibus Theologiæ studiosis pronunciata. — Lectori Adamus Petri S. P. D. Placet hic unam in Psalms operationum partem finire, quia bene christiani, et docti omnes pene conviciis flagitant, quibus veritatem tantopere sitientibus negare impium puto. Accipe igitur a me illa jam cætera daturus. Ex ædibus meis Basileæ 1521. Mense Martio. in fol.

———— De abroganda Massa privata, sententia. Leo rugiet, quis non timebit. Amos. Wittembergæ 1522. in 4.

LUTHERI M. Widder den falsch genantten geystlichen Stand des Bapfts. und der Bischoffen. Wittemb. 1522. in 4.

————— Antwort deutsch auff Königs Henrichs von Engelland buch. Lügen thun myr nicht, warheyt schew ich nicht. Gedruckt tzu Wittemberg durch Nickel Schyrlentz. 1522. in 4.

————— Das siebend Capitel zu den Corinthern aufgelegt. Wittemb. 1523. in 4.

Nuncupat commentarium hunc, dem gestrengen und vheßten Hans Loser zu Pretisch Erbmarschalck zu Sachsen. In fine hæc addit suo nomine: *am end soll yederman auff eynmal wissen, das alles, was mit meynem wissen und willen ausgehet, das solchs zuvor durch die so sich gepürt, besichtigt ist, wie nicht alleyn keyserlichs, sondern auch unser Univerfitet befelh und Ordnung ynnhellt: was aber hynder myr anderswo ausgehet, soll myr billich nich zu gerechnet werden.*

————— Von Ehelichen Lehen. Wittemberg. 1523. in 4.

————— Urtayl D. Mart, und Philipp. Melanchtonis von Erasmo Roterodamo. Ein christlicher Sendbrieff D. Mart. Luthers an Doct. Wolfgang Fabritium Capitonem, in dem gelernet würdt, wöllicher mafs man das Evangelium predigen, und wie man scherpfpe oder güttigkeit brauchen solt. in 4. sine loci indicio.

Datum epistolæ Lutheri ad familiarem anonymum est: zu *Wittenberg M. D. XXIII. Mittwoch nach Urbani*. Melanthonis autem: zu *Wittenberg in Sachsen anno M. D. XXII. Lutheri ad Capitonem: aus meiner Wühty auff den tag Antonii M. D. XXIII.*

LUTHERI M. Epistolarum farrago pietatis et eruditionis plena, cum Psalmorum aliquot interpretatione, in quibus multa christianæ vitæ saluberrima præcepta, ceu Symbola quædam indicantur. Haganoæ excudebat Joan. Secer. 1525. in 8.

Epistolæ numero sunt 20. ad varios datæ.

————— Wider die Mordischen, und Reubischen Rotten der Bauern. Wittemb. Psalm. VII. Seyne tück werden in selbs treffen, und seyn mütwil wird aber in aufgeen. 1525. in 4.

————— Ain Sendbrief an den wohlgebornen Herrn Herrn Bartholomæum von Starnberg. Wittebergæ. 1524. in 4.

————— Ain Sendbrieff von dem harten büchlin wider die Bauern. Schluffred D. *Urbani Regii* vom weltlichen gewalt wider die auffrirschen. 1525. in 4. sine loco.

————— Jonah Propheta Commentariolo explicatus cum aliis quibusdam Christino scitu necessariis. Argentorati apud Joan. Hervagium. 1526. in 8.

LUTHERI Mart. Sermones aliquot sane quam pii lingua vernacula conscripti, nuper autem latinitate

nitate donati. Argentorati apud Joan. Hervagium. 1526. in 8.

LUTHERI Mart. Ob Kriegsleutte auch ynn Seligem Stande seyn Künden. Wittemb. per Joan. Bart. 1527. in 4.

Inscribit sermonem hunc *dem gestrengen, und ernvheffen Assa vom Kram Ritter &c Forte* rescribendum sit: *Aske von Kram*, ut patet ex opusculo Antonii Corvini, quod eidem inter alios anno 1539 dicaverat.

————— Ob man für den sterben fliehen möge. 1527. in 4.

Inscribit opusculum *dem wirdigen Herrn Doct̃or Johann Hefs Pfarher zu Breslau*.

————— Sermo elegantissimus super Sacramento corporis, & sanguinis Christi, in quo respondetur obiter & ejusdem Sacramenti calumniatoribus, & alia quædam, quorum indicem in pagella sequenti reperies. Hagenoæ per Joan. Secer. 1527. in 8.

Sequens autem pagella hæc exhibet. *I. Quatenus Moses a Christianis accipi debeat. II. Epistola Lutheri adversus Bucerum, Sacramentariorum errorem novum refellens. III. Oratio Joan. Bugenhagii Pomerani, quod ipse non sit opinio illa de Euchariſtia, quæ in Psalterio sub nomine ejus Germanice translato legitur. IV. Querela fidei Authore Vincentio obsopæo: qui in hoc quoque opus præfatur. Universe autem in eos invehitur Lutherus, qui voces consecrationis aliorum detorquent. Horum tria genera fol. 13. & seq. censet. Tria, inquit tantum sunt ver-*

ba : hoc est corpus meum : *jam est, qui nescio, quem nasum, hoc est, monstrum ex Africa nunquam antehac visum, particulæ*: Hoc a pane abreptæ impudenter affingit, ut ita significet : accipite & manducate : hoc est corpus meum : quasi dicerem ; accipe & manduca, sic sedet miles chlamydatas : seu Johannes thorace purpureo indutus. Alius excerptit : est *voculam, quam Ovidiana quadam metamorphosi transformata, idem cum significat, cogit esse, & significare. Tertius, nescias, num Grammaticis, an Mathematicis figuris caput habeat vertiginosum, & fissile*: affirmat enim satis temere, & procaciter : hoc est corpus meum : idem valere significando : hæc est figura Corporis mei : *belle sane quærens figuram ubi nulla est, hoc est, plane nodum in scirpo. Ceterum fol. 2. queritur, præter hos, plures intra breve tempus fuisse, qui extra orbitam diu agentur. Sicut jam videmus, ait, sex aut septem sectas intra unum annum emerfisse super Sacramento dissentientes. Fol. 26. Auricularem confessionem ex publica ortam scribit, eamque, quod multas & præclaras res in se complectatur, magnopere commendat.*

LUTHERI Mart. Vermanung zum Sacrament des Leibs, und Bluts unsers Herrn. Wittemb. per Cunigundem Hergotin. 1531. in 4.

————— Varnunge an seine lieben Deud-schen. Wittemb. 1231. (sic) in 4.

Rescribendus annus 1531. scriptum hoc inurbanum prorsus est, & plenum dicacitatis in sacras personas, quæ comitiis Imperii intererunt. Exempli causa: *Alles ist durch die Bapst Esel vertunckelt, und underdrückt, es sind ja Esel, und grosse, grobe, ungelerte Esel - - - denn ich bin auch einr gewest &c.*

LUTHERI Mart. Von der Winckelmesse, und Pfaffen Weyhe. Wittemb. per Nicol. Schirlentz 1534. in 4.

———— Ein Predigt von den Engeln. ibid. per Nic. Schirlentz. 1535. in 4.

———— Annotationes in aliquot capita Matthæi, ab authore, non ut ederentur, sed in amici cujusdam privatum usum scriptæ. Witteb. typis Joan. Lufft. 1538. in 8.

———— Der Spruch S. Pauli Gal. 1. Christus hat sich selbs für unser Sunde geben, das er uns erettet von dieser gegenwertigen argen Welt. Allen betrubten und engstigen Gevissen heilsam, und tröstlich ausgelegt. ibid. per Joan. Weifs. 1538. in 4.

———— Die drey Symbola, oder Bekentnis des Glaubens Christi inn der Kirchen eintrechtiglich gebraucht. Wittemb. per Joan. Weifs. 1538. in 4.

———— Eine Heerpredigt wider den Türcken. ibid. per Nicol. Schirlentz. 1542. in 4.

———— Von den letzten Worten Davids. ibid. per eund. 1543. in 4.

———— Homiliæ de baptismo, illustriss. & laudatissimis Principibus ab Anhalt dicatæ. Ex officina Petri Brubachi. 1543. in 8.

LUTHERI Mart. Vom Schemhamphoras, und vom Geschlecht Christi. *ibid.* 1544. in 4.

————— Wider das Bapstum zu Rom, vom Teuffel gestiftt. *ibid.* per Joan. Lufft. 1545. in 4.

————— Simplex, & pia Evangeliorum, quæ Dominicis diebus, & in præcipuis festis legi solent, explicatio. Norimbergæ apud Joan. Montanum, & Ultic. Neuber. 1545. in fol.

Præfatur Lutherus, aitque: *has conciones in meis ædibus ad meam familiam habui, ut hoc ipso officium patris familias facerem, & eam recte de religione instituerem &c.* Latinas reddidit Michael Rotingius.

————— Aliquot epistolæ reverendi Patris piæ memoriæ D. Martini Lutheri, quibusdam Theologis ad Augustana Comitia anno 1530. Scriptæ, de conciliationibus Christi, & Belial disferentes, ex quibus multa remedia præsentibus Ecclesiæ morbis salutaria peti possunt, & quædam alia lectu digna &c 1549. in 8. sine loco.

Von Doctor Martin LUTHER Lernen und predigten, das sie argwenig seint, und nit gantzlich glaubwürdig zü halten. Datum in dem jar nach der gebur Christi unfers Herren Taufent CCCCC. und XX. uff Sant Katherine abent, getruckt mit Keyserlicher Mayestat privilegien das bei pen in einen jar nieman nachtrucken sol. in 4.

LUTZENBURGUS (Bernardus.) Catalogus hæreticorum omnium pene, qui ad hæc vsque tem-

pora passim literarum monumentis proditi sunt: illorum nomina, errores, & tempora, quibus vixerunt, ostendens: quem F. *Bernardus Lutzenburgus*, artium, & sacrarum literarum professor, ordinis Prædicatorii quinque libris conscripsit, in cujus calce & de Luthero non nihil deprehendes. Aeditio tertia, prioribus emaculatio, & multo locupletior, nempe integro libro ab ipso auctore nunc aucta, & recognita. Cui tractatus ejusdem de purgatorio adjectus est. Coloniae 1527. in 8.

Liber, testibus catalogis biblioth. Solgerianæ, & Engelianæ, *rariissimus*: quanto igitur rariores debent esse priores duæ editiones, de quibus apud eos, quos præ manibus habeo, nullam mentionem fieri reperio? ne ipsa quidem biblioth. Gesneriana aliam editionem, quam anni 1527. memorat. Author inscribit opus Hermanno de Weda archiepiscopo Colonienfi. Hæreticos ordine alphabeti recenset: Liber IV. est II. & III. Supplementum: V. de Lutheri erroribus agit, quorum jam prius sub littera L. compendio meminit. Tractatui de purgatorio præmittit pentacontostichon in Lutherum Frater Matthæus Wismarianus, itidem Ordinis Prædicatorum.

L U Y S I I F. Augustiniani divinorum librorum primi apud Salmanticenses interpretis in Cantica Canticorum Salomonis explanatio. Ad Sereniss. Principem Albertum, Austriæ Archiducem S. R. E. Cardinalem. Salmanticæ excudebat Lucas a Junta. 1580. in 4. *Editio admodum rara.*

LYCOPHRONIS Alexandra, adjectus quoque est Joannis *Tzetzae* variarum Historiarum liber verbis politicis graece conscriptus cum versione *Pauli Lacisii* Veronensis. Prima editio. Basil. ex offic. Joan. Oporini. 1546. in fol. *Liber raro obuius.*

LYCURGI oratio contra Leocratem desertorem patriæ, dulcissime de officiis patriæ differens: graece cum praefat. Philip. Melanthonis. Eadem oratio conversa in Latinum Sermonem a Phil. Melanth. Francof. ex offic. Petr. Brubachii. 1548. in 8.

Biblioth. Saltheniana huius orationis itidem meminit, cui adjuncta sint Homero-centra: quod opusculum nostro exemplari deest.

LYDIAT (Thomæ) Anglo-Britanni e Comitatu & Dioecesi Oxoniensi, Recensio, & explicatio argumentorum productorum libello emendationis Temporum compendio factæ, cum additamento plurium, quibus confirmatur paradoxa, ut vulgo habetur, sententia de annis Nativitatis, Baptismatis, & cruciatus, adeoque universi in terris ministerii Domini Jesu Christi. Insertis brevibus confutationibus contrariarum opinionum *Scaligerianæ*, *Baronianæque*, pariter ac Jesuiticæ *Deckerii*, & Lanrentii *Suslygæ*, atque Joannis *Kepleri* Cæsarei Mathematici. Londini sumptibus Gullielmi Harpeck. 1613. in 8. M. *Liber apud nos perrarus.*

M.

MACHIAVELLI (Nicolo) Tutte le opere divise gia in V. Parti, ma adesso per maggior commodità in IV. volumi ristritte, & di nuovo con somma accuratezza ristampate. Vol. III. in 8.

Exscripsi titulum ex catalogo biblioth. Collegii Sorboniensis, qui nec annum, nec editionis locum connotat, ut adeo, cui anno, & loco tribuenda hæc editio sit, hæream. Simili titulo librum Vogtius, anni 1550. Sed in 4. & Osmont anni 1540. Venetiis in 8. memorant, quorum uterque inter *rarissimos* censetur. Ad postremam hanc editionem suspicor nostram accedere.

————— *Historiæ Florentinæ libri VIII.*
Argent. 1610. in 8. *Editio rarior.*

————— *Disputationum de Republica, quas discursus nuncupavit, Libri III. ex Italico latini facti. Urfellis ex officina typogr. Cornelii Sutorii. 1599. in 8.*

————— *Princeps ex Sylvestri Teli Fulginatis traductione diligenter emendatus. Adjecta sunt ejusdem argumenti aliorum quorundam contra Machiavellum scripta de potestate, & officio Principum contra tyrannos. Quibus denuo accessit Antonii Posslevini judicium de Nic. Machiavelli, & Joannis Bodini scriptis. ibid. 1600. in 8.*

Utrumque opus eodem hoc titulo, sed editionis Mompelgartensis an. 1599. Bauer ex Bunemanno *raris* accenset.

MACIEIOWSKY (Samuelis) episcopi Cracovienſis panegyricus in funere Sigismundi I. regis Poloniæ dictus. Moguntiaë ex officina Franc. Behem. 1550. in 8. M.

Editio *infrequens*. Dixerat author orationem polonice quam poſtea ſvadentibus amicis, ut regis præclare facta ad plurium cognitionem pertinerent, in latinum tranſtulit.

MACROBII (Ambr. Aur. Theodoſii) viri conſularis, & illuſtris in Somnium Scipionis libri II. Ejuſd. Saturnaliorum libri VII, ex vetuſtiſſimis MSS. codicibus recogniti & aucti, Baſil. ex offic. Joan. Hervagii. 1535, in fol.

Editio *rara*: quæ quantum prius vulgatis præſtet, Joach. Camerarius in titulo iſtis monet:

Hæc qui forte vides autoris ſcripta, videto,
 Quam quoque vulgatis ſint meliora prius, &c.
 Quid ſed ego memorem correcta, expleta, repoſta,
 Quotque, quibusve modis, quotque, quibusve
 locis? &c,
 Qui tamen & noſtri numerum vult ſcire laboris,
 Annumeret verſus totius ille libri.

MAFFEI (Petri) e Soc. Jeſu hiftoriarum Indicarum Libri XVI. Selectarum item ex India epiſtolarum eodem interprete Libb. IV. Accessit *Ignatii Loiolæ* vita poſtremo recognita, Venet. apud Damianum Zenarium. 1589. in 4.

Bibliothecæ Saltheniana, & Feuerliniana editionem Colonienſem ejuſdem anni in fol. a *raritate* laudant,

nostræ ne ipse quidem Sotvellus meminit: itaque *peraram* esse oportet. Dedicationi præmittitur privilegium Paschalis Ciconiæ Ducis Venetiæ ad vicennium. Inscritbit vero author opus Philippo regi Catholico, cujus jussu id laboris etiam susceperat. *Superioribus*, inquit, *annis cum componendâs Lusitanæ res Olisiponem ipse venisses; Catholice rex, hortata me tua est Maiestas, ut inchoatam Henrici regis nomine avunculi tui, rerum Indicarum historiam pari alacritate, studioque persequerer. Feci, quod jufferas: totumque contextum narrationis, a primo navigationum exordio ad usque Soceri tui Joannis eo nomine tertii regis obitum, pro mea tenuitate perduxi.* Quibus verbis materiam omnem XVI. librorum rerum Indicarum complexus est.

MAFFEI (Scipione) gli annali di Mantova. Tortona. 1678. in fol. *Liber rarus.*

MAGDEBURG. Wahre beschreibung der Schlacht sampt belegerung der alten Statt Magdeburg; was sich inn und aufferhalb der Statt begeben, und zugetragen hat, mit Scharmützeln zu wasser und lande vom anfang bis zum Stillstandt, endtlichen vortragk, und abzug. Magdeburgi 1551. in 4.

Conjuncta sunt alia IX. opuscula Germanica, quæ Augustanæ confessioni additi intra annos 1549. & 1551. ibidem per Michael. Lothar contra adversarios suos edidere. *Collectio, admodum rara.*

MAGINI (Jo. Antonii) Patavini de planis triangulis liber unicus. Ejusd. de dimetiendi ratione per Quadrantem, & geometricum Quadratum Libri V. Bononiæ apud Joan. Bapt. Ciottum, typis

Victorii Benacii. 1592. in 4. *Liber parum communis.*

MAGNESII (Eleutherii) Epidaurii epistolæ duæ ad D. Georgium de Loxan, Regis Consiliarium, & Bohemiæ Vice-Cancellarium, de Castellново, & Rixana per Christianos interceptis, & clade Barroffæ. 1539. in 4. sine loci nota.

Libellus *rarus* ac germanico idiomate conscriptus.

MAGNI (Joannis) Gothi, archiepiscopi Vpsalensis, Gothorum Sveonumque historiæ Libri XXIII. Romæ apud Joannem Mariam de Viottis Parmensem in ædibus S. Brigittæ. 1554. Mense Januario, sedente Julio III. Pont. Max. Pontificatus vero ejusdem anno quarto. in fol. M.

Editio *rara*: dedicat illam Olaus Magnus Joannis frater, Erico Sveciæ regi electo, & Joanni, tum Magno, & Carolo Sveciæ Ducibus.

MAGNINI Mediolanensis Medici, regimen sanitatis, Attrebatensi episcopo directum. Impressum in domo Johannis de Westfalia alma in universitate Lovaniensi. 1486. in 8.

————— Idem opus, sed sub nomine *Magnini*. Impressum Argentine per honestum Johannem Prüs. 1503. in 4.

Utique opus apud nos *perrarum*, & Maittaio ad hos annos non memoratum. Prodiit jam prius Lovanii anno 1482. Sunt, qui id tribuant Arnolde de villa nova, & Magninum nil aliud præstitisse putent, quam illud paucis mutatis suo nomine edisse.

MAILLARDI (Oliverii) Ord. Minorum professoris sermones Dominicales, una cum aliquibus aliis sermonibus valde utilibus. Parisius industria magistri Andree Bocard, impensis vero Johannis Petit librarii jurati. 1507. pridie Kal. Martias. in 8.

———— Summarium quoddam sermonum de Sanctis per totum anni circulum, simul & de communi Sanctorum, & pro defunctis hactenus numquam impressorum. ibid. 1507. XVII. Kal. Juniarum. in 8.

Freytag, aliique apud hunc, Sermones Maillardi de Adventu, Quadragesimales, & dominicales *raris* accensent, summarii contra de Sanctis, & sermonum pro defunctis non meminerunt. Carpit quædam in eo Nicéron, sed hæc magis seculi genio, quam homini videtur tribuere.

MAIORIS (Georgii) Sententiæ veterum poetarum per locos communes digestæ. Magdeburgi apud Michael. Lotherum mense Februario. 1534. in 8.

Editio *rara*, & Gesnero ignota, qui Magdeburgensem quidem, sed anni 1537. nisi forte typi error in anno cubet, tum Argentinam anni sequentis, & Parisinam illa posteriorem solum indicat.

MAISTRE (N.) e familia Sorbonica S. Theologiæ Licentiati instauratio antiqui episcoporum Principatus, & religiosæ erga eosdem Monachorum, & Clericorum omnium observantiæ. Parisiis apud Guilhelm. Pelé. 1633. in 4. *Editio rara.*

MALACHIAS Propheta, cum commentariis A. Ezræ Rabb. S. Jarchi, & Rabb. D. Kimchi, & disputationibus Hebraicis, & explicatione M. Samuelis Bohl. Rostochii excudebat Nicol. Kilius. 1637. in 4. *Liber infrequens.*

MALAPERTII (Caroli) Soc. Jesu, Auftriaca sidera heliocyclica, astronomicis hypothesibus illustrata. Duaci ex offic. Balthas. Belleri. 1633. in 4. *Opus perraro obvium, ac splendidum.*

MALDERI (Joan.) Episcopi Antverpiensis, S. Th. quondam Lovanii Professoris, Anti-synodica, sive animadversiones in decreta Conventus Dordraceni, quam vocant Synodum Nationalem, de quinque doctrinæ capitibus in Remonstrantes, & contraremonstrantes controversis. Antverpiæ, ex offic. Plantiniana. 1620. in 8.

Liber, ut Vogt ait, *longe rarissimus.* Controversiæ in hac Synodo agitæ inter cetera hæc etiam pars haud modica fuit: utrum *confessio, & catechismus Ecclesiæ Belgicæ reformatæ*, revisioni, proinde & correctioni essent obnoxia, an contra? illud Arminianis contendentibus, hoc negantibus Gommaristis. Componendæ igitur licet Synodus Dordracum anno 1618. mense Novembri indicta est, quæ finem insequente anno, mense Majo, accepit. Hujus decreta quam sibi non sint consentientia, & dissidentia a vero, Malderus illustranda sibi sumfit.

MALDONATI (Joan.) Soc. J. Theologi, commentarii in IV. Evangelistas. Nunc primum in lu-

tēm editi, & in duos Tomos divisi: quorum prior eos, qui in Matthæum, & Marcum, posterior eos, qui in Lucam, & Joannem, complectitur. Ad Serenissimum Lotharingiæ Ducem. Mussiponti ex typogr. Stephani Mercatoris. 1596. in fol.

Liber, ut Bauer ex Osmont refert, *rarus*. Possidemus etiam editionem Venetam anni 1597. in fol. non minus raram.

MALLEUS Maleficarum. — Anno Dettatis 1496. presens liber quem editor Malleum maleficarum intitulavit, per Anthonium Koberger Nurembergensem civem est inpressus, & ad hunc finem perductus XVII. die mensis Januarii. in 4.

Editio ex *rarissimis*, & si Vogt ex Eberhardi Davidis Hauberi biblioth. Magica censum rite iniit, ordine quarta. Occasionem conscribendo libro præbuerunt malefici Ditecesium Moguntinz, Coloniensis, Trevirensis, Salisburgensis, & Bremensis, ut Bulla Innocentii Papæ VIII. operi præfixa docet. Itaque data provincia est Fratribus ordinis Prædicatorum, ut huic malo medium ponerent: hi *Henricum Institoris*, & *Jacobum Sprenger* ex suis elegere, qui librum hunc congererent, ederentque, rati, hoc conatu malum commode extirpari posse.

MALLINKROT (Bernardi) De ortu, ac progressu artis typographicæ Dissertatio historica, in qua præter alia pleraque ad calcographices negotium spectantia, de auctoribus, & loco inventionis præcipue inquiritur, proque Moguntinis contra Harlemenses concluditur. Colon. apud Joan. Kinchium. 1640. in 4. M. *Liber rarus*.

MAMERANI (Nicolai) catalogus familiæ totius aulæ Cæsareæ per expeditionem adversus inobedientes usque Augustam Rhetiam, omniumque Principum, Comitum, Baronum, Statuum, Ordinumque Imperii, & extra Imperium cum suis Consiliariis, & Nobilibus ibidem in Comitibus anno 1547. et 1548. præsentium. Coloniae apud Henricum Mameranum. 1550. in 8. M.

Inter oratores censetur *Nicolaus Olahus* episcopus Zagrabienfis, hujusque Secretarius *Joan. Fejértó*: item ex parte regni Hungariæ *Michael Mérei*, & *Georgius Werner*, arcis Sarossienfis Præfectus.

————— Catalogus expeditionis rebellium Principum, ac civitatum Germaniæ, sub duobus potissimum generalibus Præfectis, Joanne Friderico Duce Electore Saxonæ, & Philippo Lantgravio Hessiæ contra Carolum V. Rom. Imp. Aug. conscriptæ, & productæ anno 1546. ibid. 1550. in 8. M.

————— Catalogus omnium Generalium, Tribunorum, Ducum, Primorumque totius exercitus Caroli V. Imp. Aug. & Ferdinandi Regis Roman. super rebelleis, & inobedenteis Germ. quosdam Principes, ac civitates conscripti anno 1546. ibid. 1550. in 8. M.

Opus, teste catalogo biblioth. Solgerianæ maxime infrequens. Inter Hungaros Duces numerantur: *Franciscus Nyare (Nyári)*: *Petrus Wackit (Bakich)*:

Petrus Erdedi (Erdödy) Bartholom. Horvath: Franciscus Soy (Zay): Sebastian. Bornemassa (Bornemissa): Franciscus Ceoton (Getey): & Joannes Petu (Pethö).

MANARDI (Joan.) Medici Ferrariensis epistolarum medicinalium libri XVIII. Argent. 1529. in 8.

Liber *rarus*. Possidet biblioth. nostra editiones quoque Basileensem an. 1530. in fol. Lugdunensem 1549. & Venetam anni 1557. Authorem in Hungaria aliquamdiu commoratum fuisse, docent, epistola I. Libri I. ad Florianum Montium Jaurino an. 1518. data: item epist. III. Libr. II. ad Cælium Calcagninum Buda eodem anno scripta. Oportuit hominem fuisse fastidiosum, qui in eadem hac epistola nil veritus sit in hæc verba scribere: *Vale, & me quasi veterno obstitum inter hosce Scythas aliquando similibus quæstionibus expergefacias.* Absens tamen etiam ad Hungaros scribebat, ut ad Mathiam Frangipanem, Alexium Thurzonem, Ladislaum Zalcanum Vaciensem episcopum, aliosque.

MANASSIS (Constantini) annales, nunc primum in lucem prolati, & de græcis latini facti per Joan. Leunclavium, ex Joan. Sambuci V. C. bibliotheca. Basil. ex offic. Episcopiana. 1573. in 8. M. *Editio parum communis.*

MANCINELLI (Antonii) Grammatica. — Opera Antonii Mancinelli Veliterni in Grammaticam, quorum tituli in frontispicio hujus libri continentur, finiunt feliciter per Nicolaum Kesler caractere nitido, & correctura exactissima Basilee elaborata. Anno a partu Virginis 1501. in 4.

Editio, ut Freytag, Gerdesius, & catalogus biblioth. Jo. Frid. Christii testantur, *ex rarioribus*.

MANLIIS (Joan. Jac. de.) Alexandrini super descriptiones antidotarii, & practice divi Johannis Mesue, & aliorum illustrium medicorum clarissima interpretatio, dicta *Luminare majus*. Impressum in inclita civitate Venetiarum per presbyterum Bonetum Locatellum, mandato & expensis heredum nobilis viri domini Octaviani Scoti civis Modoetiensis, anno Salvatoris nostri 1506. die VIII. januarii ad laudem Domini Jesu Christi Dei, & judicis nostri, ejusque intemerate Virginis matris Marie. in fol. *Editio rara*.

MANNI (Joan.) de malleorum scarificatione ex veterum sententia ad Hieronymum Fabricium liber. Patavii apud Paulum Meietum. 1583. in 4. *Liber admodum infrequens*.

MANTUANI (Joan. Bapt.) Somnium Romanum ad magnificum Comitem Andream Benivolum Sexdecimvirum. Cum voto ad beatam Virginem. Lyps per baccalaureum Martinum Herbipolensem. Anno gratie 1507. in 4.

Editio *perrara*, ut pleræque Mantuani, quas ordine chronologico in seriem cogam.

————— Carmina de beata Virgine Maria, que & Parthenice dicuntur, Libri III. Ad Ludovicum Fuscararium, & Joan. Bapt. Refrigerium cives Bononienses. in 4. sine l. et anno.

Typus

Typus monasticus, & Quentelliano similis.

MANTVANI (Joan. Bapt.) Divinum secunde Parthenices opus, sacrosanctam dive virginis Catharine passionem heroico carmine illustrans. Non minus cultum quam pium. ad D. Bernardum bembum patricium Venetum, et jureconsultum peritissimum. — Secunde parthenices opus divinum Colonie impressum in Domo Quentell. Anno natiuitatis Dominice 1510. ultima Maij. in 4.

Præmittitur operi epigramma Ortwinii Gratii Coloniensis in laudem Mantuani.

————— Prima Parthenice, que Mariana inscribitur. Libb. III. Argentinæ per Joan. Knobloch. 1518. in 4.

————— Secunda Parthenice, sacrosanctam D. Virginis Catharine passionem illustrans. Libb. III. ibid. 1518. in 4.

————— Tertia Parthenice, Diuarum Margarithæ, Agathæ, Luciae, & Apolloniae agones continens. Libb. II. ibid. 1518. in 4.

————— De mundi calamitatibus, earumque tum causis, tum remediis. Libb. III. Aliud eiusdem contra poetas impudice loquentes, sive scribentes, opusculum perelegans. ibid. 1518. in 4.

————— Opera omnia. Bononiae per Benedictum Hectoris calcographum accuratissimum ære proprio. 1502. die vero XI. Junii. Civitatis habe-

nas moderante D. Joanne Bentivolo patriæ parente bene merito. in fol.

MANTVANI (Joan. Bapt.) Novem — — opera præter cætera moralia: familiari quidem Jodoci Badii Ascensii explanatione elucidata omnia, quædam vero etiam argutissima Sebastiani Murhoni, et Sebastiani Brantii Germanorum doctissimorum elucidatione decorata: musarum plane inventa: sequenti ipsius Ascensii ad Dominum Germanum de Ganayo comprobantur epigrammate.

Ne Germane tuas novus hospes a symbolis ædis
Pulsem, Pieridum confero dona novem.

Nempe tot apporto divina poemata vatis,
Quo decus Aonidum Mantua rursus habet.
Quæ si, quo reliquis præsens, examine penes,
Dictata Aonii dixeris esse chori.

Parthenicen siquidem primam sibi Calliopæ
Vendicat: Cuius altera fertur opus.

Tertia ad Euterpen me iudice pertinet: atque est
Morbiolus lusus Dia Thalia tuus.

Baptistæ laudes tua casta Polymniâ cura est,
Possunt Terpsichore vota placere tibi.

Plectra movens Eratho te concinuit Dionysi,
Tristia sed plangit tempora Melpomene.

Ut vero æthereum casti mereantur honorem,
Fert in turpiloquos Urania arma viros,

Non hæc nostra quidem, sed nostro prælo oleoque
Illustrata habui jure dicanda tibi.

Habes inquam lector excellentissimi viri Baptiſtæ Mantuani novem opera præter cætera moralia, ut in prima facie proteſtati ſumus: novem Muſarum fere monumenta: cum duplici ſubinde explanatione coimpreſſa in ædibus Aſcenſianis impendio ipſius Aſcenſii, Joannis Parvi, et Jacobi Foreſtarii. Anno ſalutis 1507. ad Calendas Decemb. in fol.

Præfatur Baſilius ad Germanum de Ganaio: ſequitur index copioſus, tum vita Mantuani ex Trithemio ſumta. In fine addunt octaſtichon Jo. Bibaucius Thiletanus, & Joan. Egidius Nucerinus.

MANTVANI (Joan. Baptr.) Opera omnia. Tomi II. In ædibus Aſcenſianis ad Idus Junias. 1513. Deo gratiæ. in fol.

Editio cum iisdem, vt prior, commentariis, ſed auctior, quod & plura, quam prior, poematia contineat, & addat illa quoque, quæ Mantuanus ſoluta oratione ſcripſit, ſeorſim ab aliis edita.

MARA (Guillermi de) utriusque cenſuræ doctoris, ac Conſtantiensis eccleſiæ Theſaurarii, & Canonici, de tribus fugiendis: *ventre, pluma, et Venere* libelli tres: multis probatorum authorum ſententiis, & exemplis referti. Venale habetur parrifiis in officina libraria Henrici Stephani, e regione ſcholæ decretorum. in 4. ſine anno. folior. 32.

Liber *rarus*, ac forte idem, quem Baüer parte III. pag. 22. hoc titulo: *epiſtolæ, & carmina hiſtorica*, memorat.

MARACCII (Ludovici) e congregatione Clericorum regularium Matris Dei, Prodromus ad refutationem Alcorani. In quo per quatuor præcipuas veræ religionis notas Mahumetanæ sectæ falsitas ostenditur: Christianæ religionis veritas comprobatur. In quatuor partes divisus. Romæ typis sacr. Congr. de propaganda fide. 1691. in 8. Vol. IV.

Opus insigne ac pretiosum, & ut biblioth. Solgeriana notat, *infrequentissimum, paucisque visum*. Dicat id author Innocentio XII. Pont. Max. Leopoldo Imp. Joanni III. Poloniæ regi, & Venetorum Reip. qui per id tempus fœdere aduersum Turcas copulati erant. In præfatione, quæ plena eruditionis est, scriptores omnes, qui id argumentum aliquando pertractarunt, recenset, inter hos Tyrsium Gonzales de Santalla, postea Soc. Jesu Generalem, nominat. De Alcorano per eundem Maraccium ex Arabico in Latinum converso jam supra in articulo *Alcoranus* memoravi.

MARANTE (Bartholom.) Venusini de aquæ Neapoli in Luculliano scaturientis, quam ferream vocant, metallica materia, ac viribus, ad Paulum Monachum, Neapol. Medicum epistola. Neapoli excudebat Matthias Cancer, sumptibus Jo. Dominici Galli. 1559. in 4.

Scriptum *valde rarum*, exstat apud nos in duplici exemplo.

MARBODEI poetæ vetustissimi dactylothea. Basil. per Henricum Petri. 1555. in 8. *Liber rarus*.

MARCELLI (Christoph.) electi episcopi Corcirenſis, ſacrarum cerimoniarum, ſive rituum Eccleſiaſticorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Libri III. Poſt omnes omnium editiones ſumma denuo vigilantia recogniti. Univerſis eccleſiaſticis non tam jucundi, quam utiles, & neceſſarii. Romæ typis Valerii Dorici. 1560. in fol.

Vogt plures operis hujus *admodum rari* editiones cenſet. Primam Romanam anni 1516. in fol. Typis Valerii Dorici, cujus hæc noſtra quoque eſt, ſecundam ejusdem anni Veneram, tertiam fine anni & loci indicio, quartam Coloniensem anni 1557. quintam itidem Coloniensem anni 1572. Noſtra igitur Romana illum latuit, quæ in fine editionis annum refert 1559. cum frontis tamen exhibeat annum 1560. in utro error cubet, ignoro. Sunt, qui Marcellum hujus operis editorem, non item authorem dicant.

MARCHETI (Jacobi) Baſilici Deſpotæ Sami, de Morini, quod Trovanam vocant, atque Hedini expugnatione, deque prælio apud Rentiacum, & omnibus ad hunc uſque diem vario eventu inter Cæſariânos, & Gallos geſtis, brevis, & vera narratio. Antverp. apud Joann. Bellerum. 1555. in 8. *Editio perrara.*

MARGARITA philoſophica. — Chalcographatum primiciali hac preſſura Friburgi per Joannem Schottum Argent. citra feſtum Margarethæ anno gratiæ 1503. in 4. cum figg.

Editio, si non fallor, *prima, & rarissima*. Frontem operis ornat icon, quæ tricripitem vultum muliebrem refert corona ornatum: circum hanc septem virgines, totidem artium liberalium indices. Perigraphæ majusculis Romanis litteris hæc est: *Phia triceps. Naturalis. Rationalis. Moralis. Logica. Rhetorica. Grammatica. Aritmetica. Musica. Geometria. Astronomia*. Quælibet virgo harum scientiarum instrumentum gerit. Supra quatuor Ecclesiæ Doctores visuntur: infra vtrinque assident Aristoteles & Seneca, cum inscriptione: *philosophia natural. philosophia moral.* Operis authorem fuisse *Georgium Reisch* domus Carthusianæ prope Friburgum Priorem, & Gesnerus in biblioth. indicat, & quæ in operis laudem præmittuntur, sequunturque extra dubitationem ponunt. In principio enim hæc legas: *Suo Gregorio Reisch generosi Comitis de Zolrn alumno Adam Wernherus Temarenfis Salutem P. D.* Subditur elegia, ad cuius calcem hæc:

Sic tua mox vastum clarescet phama per orbem,
Viveque Gregori Reisch: tibi quisque canet.

In fine addit Paulus Volzius Offoburgius cœnobita Schutteranus epigramma, quod ita claudit:

Corrogas namque abdita plura multis,
Quæque doctrina nitidi Sophistæ
Per vagos multa peperere libros

Chare Georgi.

Quo igitur nomine, Gregorine, an Georgii appellandus author sit, alii viderint: posterius tamen magis vulgatum est.

MARGARITA philosophica nova. Completum est hoc opus per virum industrium Joannem Grüninger ex Argentorato veteri pridie Kalendas

Junii anno redemptionis nostre duodecimo supra mille quingentos. (1512.) in 4.

Editio *rara*, & priore auctior. Accessere enim *græcarum litterarum institutiones, hebraicarum litterarum rudimenta, Musicæ figuratæ institutiones; architecturæ, & perspectivæ rudimenta; Quadrantum variæ compositiones, astrolabii Messahalal compositio, astrolabii novi geographici compositio, formatio Torqueti, formatio polimetri, usus, utilitates eorundem omnium, figura quadrantis polygonalis.*

MARGARITA Philosophica cum additionibus novis, ab auctore suo studiosissima cum recensione quarto superadditis. — Margaritam philosophicam novis characteribus dilucidatam, industria sua, ac ere proprio Michael Furterius impressit Basilee, Anno 1517. die vero 5. Martii in 4.

Editio itidem *rara*, sed quæ ab utraque, quam prius recensui, multum differt tam rerum ordine, quam materia.

MARINELLI (Joan.) De peste, ac pestilenti contagio liber, in quo disputatur, quantum inter se distent pestis, & pestilens contagium, & quæ contagioni pestilenti, quales sunt bubones pestiferi, & carbunculi, qui aliquot Italiæ civitates inquinaverunt, curatio sit adhibenda. Venetiis apud Gratosum Perchacinum. 1577. in 4. *Liber infrequens.*

MARLIANI (Bartholom.) Equitis D. Petri, Urbis Romæ topographia ad Franciscum Regem

Gallorum, eiusdem urbis Liberatorem invictum. Adjecta priori ejusdem auctoris topographiæ editioni hoc opere sunt: Urbis, atque insignium in ea ædificiorum descriptiones, compluraque alia memoratu digna. Errores nonnulli sublatis; tituli, inscriptionesque non aliter, quam ipsis inerant marmoribus, emendatissime expressi, qui ab aliis hactenus neglecto ordine, & perperam in lucem editi inveniuntur. Romæ in ædibus Valerii Dorici, & Aloysii fratris, Academiæ Romanæ impressorum, mense Septembris. 1544. in fol. cum figg.

Biblioth. Solgeriana editionem primam, quæ sine l. & a. in fol. prodit, *perraris* adnumerat: nihilo minoris *raritatis* hæc altera editio est, & auctior, utiliorque priore.

MARNAVITII (Joan. Tomco) Regiæ Sanctitatis Illyricanæ fœcunditas. Romæ. 1630. in 4. maj. M.

Editio in nostris quoque terris *valde rara*. Complectitur præter vitas S. Stephani regis, S. Emerici Ducis, S. Ladislai, SS. Elifabethæ, & Margaritæ, quæ ad Hungaros pertinent, etiam vitas S. Irenæ V. & M. Tryphoniæ Coniugis Decii Imp. Cyrillæ V. & M. Quirini filii Philippi Aug. S. Hadriani Mart. filii Probi Aug. Metrophanis, ejusque fratris Probi, ac utriusque patris Domitii episcoporum Byzantinorum. Arthemæ V. & M. filia Diocl. Imp. & Serenæ matris ejus. Liciniæ Maximini Imp. uxoris. Constantini M. & Helenæ matris. Constantiæ filia Constantini Imp. Placidia Valentini III. filia. Marciani Imp. Fl. Valerii Glycerii Imp. & episcopi. Tiberii Imp. Ivanis

Costumilli regis Dalm. filii. Stephani Patriarchæ CP. & S. Sabbæ episcopi, Simeonis Stephani Rasciæ regis filii.

MARSILII (Hippolyti) Tractatus de quaestionibus, in quo materiæ maleficiorum pertractantur. Lugduni per Jac. Myt. 1532. in 4. *Libellus raro obuius.*

MARSILII Patavini. Vide *Patavini.*

MARTIALIS (M. Valerii) Epigrammata. Venetiis in ædibus Aldi, mense Decembri. 1501. in 8. M.

Catalogi biblioth. Engelianæ, & Solgerianæ editionem hanc præ ceteris Aldinis *perraram* esse memorant: Harwoodus addit, eam in auctione majoris duabus libris Anglicanis venditam fuisse. In fine subditur majusculis litteris: *Quis quis es, qui quoquo modo hujusce excusationis ergo adversus ieris, damnatus esto, & reus ill. S. V. ne dicas, tibi non prædictum, cave.*

————— Epigrammata cum commentariis. Venetiis per Philippum Pincium Mantuanum. 1510. in fol. *Liber rarus.*

MARTINI V. Ro. Pont. Declaratio utilissima constitutionis in Concilio Constantiensi factæ. de non vitandis excommunicatis, nisi denunciatis &c. — Extravagantis recolen. me. Martini Pape V. de excommunicatis non vitandis declaratio summe utilis, non calamo, verum ingeniosissime, ac pe-

nitus divine illius chalcographe artis industria, per magistrum Marcellum Silber, Franck convocatum, Rome in campo Flore faultis Syderibus impressa, vigilique correctione in lucem edita; Aprilis die XVI. anno Christi 1516. Leonis vero X. Pont. Max. quarto. Autorizante reverendo patre Silvestro de Prierio, ordinis Predicatorum professore, sancte theologie; ac sacri palatii Apostolici magistro. in 4.

Editio *perrara*. Marcellus, Eucharii Silber, qui typographicen anno 1475. Romae ex aliquorum sententia exercuit, filius erat.

MARTYRIS (Petri ab Angleria) Mediolanensis, Ferdinandi, et Helisabeth, Hispaniarum quondam regum a consiliis, de rebus Oceanicis, & orbe novo Decades III. Ejusd. Legationis Babylonicae Libb. III. Basil. apud Joan. Bebelium. 1533. in fol.

Bauer ex catalogo biblioth. Jo. Petri Süßmilch librum *perraris* inserit. Biblioth. nostra geminum exemplar possidet.

————— De rebus Oceanicis, & novo orbe Decades III. Item de Babylonica legatione Libb. III. Et item de rebus Aethiopicis, Indicis, Lusitanicis, & Hispanicis opuscula quaedam historica doctissima, quæ hodie non facile alibi reperiuntur, *Damiani a Goes*, Equitis Lusitani. Colon. apud

Gervinum Calenium, & hæredes Quentelios. 1574. in 8. M.

Liber *rarus*, testimonio trium præstantium catalogorum, Engeliano, Saltheniano, & Feuerlini. Opuscula vero Goesii hæc sunt: de fide, religione, moribusque Aethiopum. Epistolæ aliquot Preciosi Joannis, Paulo Jovio, & ipso Damiano interpretibus. Deplo ratio Lappianæ gentis. Lappiæ descriptio. Bellum Cambaicum I. & II. De rebus, & imperio Lusitanorum ad Paulum Jovium disceptatiuncula. Hispaniæ ubertas & potentia. Pro Hispania adversus Münsterum defensio.

MARVLI (Marci) Evangelistarium, opus vere Evangelicum, sub fidei, spei, & charitatis titulis in septem libros partitum. Accessit huic propter idem fere argumentum. *Meginhardi* viri undecunque doctissimi ad D. Guntherum, de fide, varietate Symboli, & ipso Symbolo Apostolico, & peste multarum heresum, sed insigniorum libellus nunc recens excusus. Colon. ex offic. Eucharii Cervicorni. 1529. in 8. *Libellus rarior*.

MARUSSY (Andrææ) Cæs. Regiæ Majestatis Tricesimatoris Szölösiensis, faustus, felix, & fortunatus novus annus illustriss. D. D. Comiti Sigismundo Forgáts de Gyemes &c. Comiti comitatuum Neogradiensis, & de Zabolcs, generali Capitaneo Hungariæ superioris, Judici Curia Regiæ oblati. Cassoviæ 1613. in 4. M.

Libellus concinno metro scriptus, & *perpaucis in Hungaria cognitus*.

M A S C V L I (Jo. Bapt.) Soc. J. Encomia cœlitum digesta per singulos anni dies, una cum veterum fastis, continentibus victorias, triumphos, sacrificia, cæterasque res insignes, Romanorum in primis atque Græcorum, quibus Christianæ religionis præponuntur. Neapoli apud Franc. Savium. 1638. cum figg. in 4. *Editio rarior.*

M A S T I (Andræ) Grammatica linguæ Syriacæ. Antverp. ex offic. Christoph. Plantini, regii Prototypographi. 1571. in fol.

————— Josuæ Imperatoris historia illustrata, atque explicata. Præter duplicem editionem hebraicam & græcam, adjuncta est & duplex latina, quarum altera hebraicam, altera græcam pene ad verbum repræsentat: subiecta est etiam, tamquam basis, vulgata editio latina, quam sacrosancta Ecclesia merito probavit, recepitque: additæ sunt præterea annotationes, & copiosa in ipsam historiam commentaria; præterea indices quinque. *ibid.* 1574. in fol.

Utrumque opus *raro obvium*: posterius, cum id Angli Theologi in Biblia critica retulissent, præfatione truncatum fuisse, Vogt merito queritur.

M A S S A E (Nicolai) Anatomix liber introductorius, in quo quam plurimæ partes, actiones, atque utilitates humani corporis nunc primum manifestantur, quæ a cæteris tam veteribus, quam

recentioribus nucusque prætermiffa fuerant. Venet. ex offic. Stellæ Jordani Zilleti. 1559. in 4.

Liber rarus. Videtur titulus recentior, quam ipsum opus esse. Nam & authoris in dedicatione ad Paulum III. Pont. Max. datum est: *Idibus Novembris 1536.* & finis libri hæc exserte habet: *Venetiis in vico Sancti Moyfi apud signum archangeli Raphaelis, in ædibus Francisci Bindoni, ac Maphei Pafini, socios, accuratissime impressum. Mense Novembri. M D XXXVI.*

MASSAE (Nicolai) Liber de febre pestilentiali, ac de pestichiis, morbillis, variolis, & apostematibus pestilentialibus, ac eorundem omnium curatione, nec non de modo, quo corpora a peste præservari debeant. Venet. apud Andr. Arrivabenum, 1556. in 4. *Editio non passim obvia.*

————— Epistolarum medicinalium Tomus I. in quo tractantur ea, quæ tum ad theoriam, tum ad praxin medicam pertinere videntur, & quæstiones etiam continentur de animorum immortalitate, de mundi creatione, deque Logica facultate. Tomus II. nunc primum in lucem editus; in quo methodus curandi universalis, & ad profliganda varia morborum genera consultationes saluberrimæ continentur. Multæ item Hippocratis, Galeni, Avicennæ, aliorumque insignium Medicorum obscuræ enodantur sententiæ. Venetiis Joan. Gryphius excudebat. 1558. in 4.

Editio rarior. Tomum I. author dicat serenissimæ reginæ Poloniæ D. D. Bonæ Sfortiæ Aragoniæ: Tom. II. Laurentio Priolo Venetorum Duci.

MASSARIÆ (Alexandri) Disputationes duæ: altera de scopis mittendi sangvinem cum generaliter, tum speciatim in febribus: altera de purgatione principio morborum. Venet. apud Franc. de Franciscis. 1589.

Ita annus in fine exscriptus est, libri frons autem annum 1588. refert.

———— De abusu medicamentorum vesicantium, & theriacæ in febribus pestilentibus Disputatio. Patavii apud Paulum Meietum, 1591. in 4. *Utrumque opus rarum.*

MATHESII (Joan.) Sarepta, darinnen von allerley Berg-Werck, was ihr Eigenschafft und Natur, und wie sie zu Nutz und Gut gemacht, guter bericht gegeben. Norimbergæ 1521. in fol. *Editio perrara.*

MATTHIOLI (Petri Andreæ) Senensis epistolularum medicinalium Libri V. Pragæ apud Melantichum. 1561. in fol. *Liber rarus.*

———— Commentarii secundo aucti in libros VI. Pedacii Dioscoridis Anazarbei de Medica materia. Adiectis quam plurimis plantarum, & animalium imaginibus, quæ in priore editione non habentur. His accessit eiusdem apologia aduersus

Amathum Lusitanum : quin et censura in ejusdem enarrationes. Venet. in officina Valgrifiana. 1560. in fol.

Dicat opus splendidum Ferdinando Rom. Hung. & Boh. &c. regi : epistolæ nuncupatoriæ Datum est, Goritia calendis Januarii. 1554. cujus anni editionem catalogus Bünemanni memorat : hanc excipit præfatio authoris ad medicinæ studiosos, in qua causam auctæ hujus editionis conjicit in vanitatem typographi Mantuani, qui operi Italico figuras rebus non congruentes inseruit : Valgrifius quoque ob repetitas editiones veniam a lectore flagitat ; tum sequuntur privilegia Pont. Max. Cæsaris, Galliarum regis, Senatus Veneti, & geminus index, materiarum, & simplicium medicamentorum secundum partes corporis humani.

———— Idem opus ab ipso authore recognitum, & locis plus mille auctum. Adjectis plantarum, & animalium iconibus supra priores editiones longe pluribus ad vivum delineatis. Accesserunt quoque ad margines græci contextus quam plurimi, ex antiquissimis codicibus desumpti, qui Dioscoridis ipsius depravatam lectionem restituunt. Venet. ex offic. Valgrifiana. 1570. in fol.

Et hæc, & prior editio inter *raras* locum habere merentur. Hanc inscribit Ferdinando, & Carolo archiducibus Austriæ, *Pragæ ultima Januarii 1565.* Præfatio fere eadem est cum priore, ad cetera vero privilegia accessit etiam Cosmi Medices Florentiæ Ducis : indices iidem. Ad calcem subiungitur : *Ratio distillandi aquas ex omnibus plantis, & quomodo genuini odores in ipsis aquis conservari possint ; cum iconibus fornacum, quæ a priori editione abest.*

MATTHIOLO (Pier. Andr.) Sanese, Medico del sereniss. Principe Ferdinando Archiduca d' Austria &c. ne i sei libri di Pedacio Dioscoride Anazerbeo della materia medicinale. In quai discorsi in diversi luoghi dell' Autore medesimo sono stati accresciati di varie cose con molte figure di piante, & d' animali nuovamente aggiunte, &c. In Venetia appresso Vincenzo Valgrifi. 1536. in fol.

Dedicatio est ad Catharinam Poloniæ reginam *di Praga il primo d' Aprile 1559*, Præfationem authoris sequuntur duæ epistolæ Odorici Melchiori ad illum: prior Patavio 20. Octob. 1549. altera Venetiis 3. Januarii 1555. Editio hæc ex Italicis septima est; de quibus optime disserit Cl. *Michael Denisius* *Dentwürdigk. der k. k. garelischen Biblioth. pag. 564.*

MAVRI (Franc.) Hispallatis Minoridæ Francisciados Libri XIII. Antverpiæ ex offic. Christoph. Plantini. 1572. in 8. *Liber infrequens.*

———— Hartmanni, Coronatio invictissimi Caroli Hispaniarum regis Catholici in Romanorum Regem.

Rerum certa salus, terrarum gloria Cæsar.
Lege, si visum fuerit Lector, reperies aliqua vulgo minus cognita. Nurembergæ apud Fœdericum Peypus. 1523. in 4. M. *Libellus rarissime obuius.*

———— Lucii, le antichità della città di Roma, brevissimamente raccolte da chiunque hà scritto ò antico ò moderno, per Lucio Mauro, che

che hà voluto particolarmente tutti questi luoghi vedere: onde hà corretti molti errori che ne gli altri scrittori di queste antichità si leggono. Appresso tutte le statue antiche che in Roma in diversi luoghi e case particolari si veggono, raccolte e descritte per M. Ulisse Aldroandi. In Venetia appresso Giordano Ziletti. 1562. in 8. *Opusculum infrequens.*

MAXENTII (Joannis) Monumenta. Vide *B. Fulgentii* opera.

S. MAXIMI scholia in eos Beati Dionysii libros, qui extant. Paris. apud Guliel. Morerium. 1562. græc. & lat. in 8. *Editio rara.*

MAXIMI Tyrii philosophi Platonici sermones e græca in latinam linguam versi Cosmo Pacio interprete. Basil. apud Joan. Frobenium. 1519. in fol.

Editio rara, & a Maittairio omiffa. Codicem græcum Janus Lascaris in bibliothecam Mediceam intulit, authorque fuit Cosmo Pacio, ut eum latinum redderet, quod is quidem fecit; sed cum eum morte præventus edere non posset, Petrus illius frater calcographis excudendum dedit. Beatus Rhenanus, qui libri vulgandi curam susceperat, eundem Joanni Grolierio Francorum regi a secretis, & Insubriæ Quæstorì Primario inscripsit.

MEDINA (Michael. de) Bellarcensis Franciscani apologia *Joannis Feri*, in qua septem &

sexaginta loca commentariorum in Joannem, quæ antea quidam calumniatus fuerat, ex sancta scriptura; sanctorumque doctrina restituantur — — — Nunc de novo recusa, & a multis erratis, quibus exemplar Complutinum scatebat, opera R. P. Theologiæ Doctoris D. Philippi Agricolæ Moguntini repurgata. Moguntia per Franc. Behem. 1572. in 8.

Cum Joannis Feri Germani hominis opera per Hispaniam vulgarentur, iisque passim omnes ceu præstantissimis pro suggestu ad populum uterentur, ad manus quoque Dominici de Soto Ord. Prædicat. pervenire, qui, iis lectis, annotationes in Feri commentaria Salmantica anno 1554. ediderat, quibus 67. loca religioni non consentientia perstrinxit, ob quæ etiam Commentarii in Joannem indici librorum prohibitorum, quoad perpurgarentur, inserti sunt. Atque hic ille, ut Medina indicat, calumniator fuit. Ferus eodem anno obiit. Itaque Medina ejusdem ord. hunc defendendum suscepit, edita Compluti anno 1558. apologia. Sed hæc quoque in vetitorum librorum feriem venit. Proinde nostra hæc editio videtur prima in Germania esse: incertum autem, an errata, quæ in Complutenfi editione censura sunt affecta, an typica solum in Moguntina omissa sint: ceteri illud præ hoc veri videatur similibus.

MEDIOLANENSIS (Michaelis) Sermonarium de penitentia duplicatum, per Adventum videlicet, & Quadragesimam, a ven. Viro Fratre Michaele Mediolanensi Ord. Fratrum Minorum de observantia editum, qui tum sanctimonia vite,

tum ferventissima verbi Dei predicatione a Deo innumeris meruit corruscare miraculis, felici Numine explicitum est. Impressum Venetiis optimaque castigatione emendatum per Gregorium de Arrivabenis Mantuanum. 1496. die XXVIII. Septembris. in 4.

Liber *rarus*, & a Maittairio omissus.

MEFFRETH Sermones, alias ortulus regine de Sanctis. Opus salutiferum in tres partes divisum, hyemalem videlicet, estivalem, & de Sanctis. Impressum Basilee per Nicolaum Kesler. 1487. die Saturni XX, mensis januarii. in fol.

Editio *rara*: similem huic Bauerus ex Bunemanno sine anni & loci indicio memorat.

MEIBAVM (Henr.) Chronica von den Königen in Persia aus dem stamme Artaxerxis Magusæi, welche mit höchster macht, ruhm, und ansehen geregieret CCCXII. Jahr, folgends aber von den Saracenen geschwecht ungefehr CC. Jahr. Aus dem Lateinischen ins Deutsch versetzt. Helmeftadii per Jac. Lucium. 1590. in 4. M.

Adnumeratur *raris* in catalogo biblioth. Salthenianæ.

MEIERI (Joan.) Juris publici quæstio capitalis, sintne Protestantes jure Cæsareo hæretici, & ultimo supplicio affiendi, contra Sangvinarium Casparis Schoppii classicum tractata. Argent. typis Nicolai Wyriot. 1621. in 4.

Bauer editionem anni 1624. *minus obviam esse* afferit.

MEKERCHII (Adolphi) De recta pronuntiatione linguæ græcæ. Antverp. ex officina Plantiniana. 1576. in 8.

Liber, testimonio catalogi Menckeniani & Salthe-niani, *adeo rarus, virisque doctis ignotus, ut ne quidem auctoris nomen in præstantissimis bibliothecis, neque alibi reperias.*

MELÆ (Pomponii) cosmographi geographia: *Prisciani* quoque ex Dionysio Theſſalonicenſi de ſitu orbis interpretatio. — Pomponii Mellæ una cum Prisciani ex Dionysio de orbis ſitu interpretatione finit. Erhardus Ratdolt Auguſtensis impreſſit Venetiis. XV. Calend. Auguſti, anno ſalutis noſtræ 1482. Laus Deo. in 4.

Editio *admodum rara*, &, ut Harwoodus notat, ex Venetis ordine tertia. Præmittitur mappa trium orbis partium cum capitalibus ventis, & hac epigraphe: *Novellæ etati ad geographiæ vermiculatos calles humano viro neceſſarios flores aſpiranti votum bene merenti ponitur.*

————— Geographiæ libri III. Hermolai Barbari in eundem integræ caſtigations. Index in Pomponio contentorum copioſiſſimus. — Viennæ Pannoniæ per Hieronym. Vietorem Philovallem, & Joan. Singrenium de Oeting, calcographos diligentiffimos, Pridie Nonas Septemb. 1512. in 4.

Editio *rara*, & exteris fere, ſi Harwoodum demas, ignota. Indici præmittit Joan. Camers epistolam pridie

Non. Sept. datam ad Theobaldum Offenburgensem discipulum olim suum cum tetrasticho: Indicem sequitur elegidion Nicol. Gerbellii Phorcensis in persona Mercurii: finem libri ornat aquila Imperialis cum Austriae, Stiriae, Sueviae, & Carnioliae insigniis. *Aquila loquitur:*

Alituum victrix dicor: me tela tonantis

Haud feriunt; Aquilæ mundus & ipse subest.

Cæsar habet terras, & olympica numina summus

Iuppiter: hic cælos continet, ille solum.

Non recte hanc editionem Viennensibus abjudicat, qui Tom. II. biblioth. latinæ Fabricii pag. 77. notam adjecit, qua illam Norimbergensibus tribuit. Nam & typographorum Viennensium nomina in fine libri exserte adjecta sunt, & charta, typus, frontispicium, eadem prorsus sunt, ut in Floro visuntur, qui Viennæ apud Singrenium anno 1518. prodiit.

MELÆ (Pomponii) Libri de situ orbis III. adjectis Joachimi Vadiani Helvetii in eosdem scholiis: addita quoque in geographiam catechesi, & epistola Vadiani ad Agricolam digna lectu cum indice. — Impressus est Pomponius Viennæ Pannoniæ expensis Lucæ Alantse civis, & bibliopolæ Viennensis per Joannem Singrenium ex Oeting Baviariæ, mense Maio anni 1518. in fol.

Editio itidem *rara*, quæ postea sæpius Basileæ & Parisiis semel repetita est. De nostra prolixè Fabricius Bibl. Lat. aucta ab Jo. Aug. Ernesto, Tom. II. pag. 78. eamque præ ceteris commendat, tamen Vadianum magis in explicando, quam in emendando versari dicat. Gemino titulo hæc editio ornata est, in

quam multorum virorum doctorum carmina exstant, ut *Christoph. Crassi* ad lectorem; *Georgii Logi* ad Joan. Turzonem episc. Vratislaviensem; *Conradi Crebellii* ad ipsum Melam: *Rudolphi Clivani* Helvetii, & *Mathiæ Paulini* Pludentini, *Georgii Binderi* Tigurini, & *Martini Hatzi* Transilvani ad lectorem, *Andr. Eggii* ad Melam hexastichon, *Vadiani* ad lectorem elegi, *Philip. Gundelii* Scazon, *Tranquilli Parthenii* Ragusini decastrichon, ac in fine *Vadiani* epistola, cujus in titulo nulla facta mentio est, ad *Crebellium* Tigurinum.

MELA Pomponius: Solinus: Itinerarium Antonini Aug. Vibius Sequester: P. Victor: Dionysius Afer Prisciano interprete. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Soceri. 1518. in 8. M. *Liber rarus*.

————— Pomponii geographia. Cracoviæ in officina typographica Victoris 1519. in 4.

Editionem hanc Maittairius, Harwoodus, Bauer, &, quibus hic usus est, præterierunt.

————— de situ orbis ab Hermolao Barbaro, & Joanne Camerte castigatus cum indice. — Impressum Venetiis anno 1520. in 4.

Liber rarus, & typo monastico exscriptus, cujus, quos paulo ante memoravi, non meminere. Præfatur in laudem Melæ Andronicus Tranquillus Parthenius Dalmata eleganti carmine asclepiadæo, quod, nisi nimis longum fuisset, huc transcripturus eram. Ceterum Mela hic ad editionem Viennensem anni 1512. exactus est: hoc unum interest, quod Camertis epistola, item *Crebellii* elegidion omiſſa sint, & index cum

Camertis tetraſtico ad calcem hic rejeſtus fit, qui illic Melæ præmittitur.

MELÆ (Pomponii) De orbis ſitu libri III. cum commentariis Joachimi Vadiani. Adjecta ſunt præterea loca aliquot, in quibus æſtimandis, cenſendisque doctiſſ. viro Joanni Camerti cum Joach. Vadiano non admodum convenit. Rurſum epiſtola Vadiani, ab eo pene aduſcente ad Rudolph. Agricolaſm juniorem ſcripta. Baſil. apud Andr. Craſandrum. 1522. in fol. M. *Editio infrequens.*

MELANTHONIS (Philippi) Scripta pleraque raris accenſeri ſolent. Hujus, præter opera omnia, quæ in Vol. II. Vittebergæ anno 1562. apud Joannem Cratonem in fol. prodiere, ſequentiâ ſeorſim, edita apud nos exſtant.

————— Pro Luthero apologia adverſus furioſum Pariſienſium Theologastroꝝ Decretum. in 4. ſine loco, & a. M.

————— De legibus oratio; Ejusd. de Gradibus oratio. Noli altum ſapere, ſed time. Pariſiis ex offic. Roberti Stephani, e regione ſcholæ Decretorum. 1528. in 8. M.

————— Conſilium de moderanda controverſia ſuper articulis religionis præcipuis, ſcriptum ad Gallos. Cui præfixa eſt epiſtola regis Galliæ ad Philippum, & ejus reſponſio. Excudebat Joan. Coluber. Pragæ 1536. in 8.

MELANTHONIS (Philippi) Epistola ad Senatum Venetum. Oratio publice habita Wittenbergæ in promotione Doctoris juris: de scripto jure & dignitate veterum interpretum juris. Norimbergæ per Hieron. Formschneider. 1539. in 8. M.

Additur ad calcem libelli epistola ejusdem ad *Thomam Nadasdium*, in qua huic Mathiam quemdam (forte is Devay fuerit) commendat, ut eum scholæ, quam recens instituerat, præficeret. Suspicio scholam in oppido *Sárvár* hoc loco indicari.

————— Verantwortung auff der Cölnischen unter Clerisey schrift, widder Ern *Martin Büttern* ausgangen mit der Vorrhede D. Doc. Mar. Lutheri, aus dem Latin verdeudscht. Wittemb. per Josephum Klug. 1543. in 4.

————— De Ecclesiæ autoritate, & de veterum scriptis libellus. Wittemb. per Joseph. Klug. 1550. in 8.

————— Responsiones ad criminationes Staphyli, & Avii. ibid. 1558. in 4.

————— Quæstiones de rebus cognitione dignissimis, explicatæ in publicis congressibus in Academia Witebergensi. ibid. 1558. in 8.

————— Epitome renovatæ Ecclesiasticæ doctrinæ ad Ill. Principem Hessorum. in 8. sine l. & a.

MELANTHONIS (Philip.) Scriptum publice propositum in Academia Witebergensi, quo scholastici convocati sunt ad deducendum funus Domini Phil. Melanthonis, viri pietate, eruditione, & virtute præstantis. XXI. Aprilis. Witeb. excudebat Vitus Creutzer. 1560. in 4.

————— Scriptum publice propositum in Acad. Witeberg. de ordine aliquot Lectionum publicarum constituto post pium & felicem obitum D. Phil. Melanthonis die XXIII. April. ibid. per eund. 1560. in 4.

————— Brevis narratio, exponens, quo sine vitam in terris suam clauferit reverendus vir D. Phil. Melanthon. Una cum præcedentium proxime dierum, & totius morbi, quo confectus est, brevi descriptione. Conscripta a Professoribus Academiae Witebergen. qui omnibus, quæ exponuntur, interfuerunt. Witeberg. 1560. in 4.

————— Orationes, epitaphia, & scripta, quæ edita sunt de morte Phil. Melanthonis omnia &c. Witebergæ excudebat Johannes Crato. 1562. in 8.

Adjecta est brevis narratio de ejusdem morte, quæ ibid. anno 1560. in 4. prodierat, ut paulo ante indicavi.

————— Epistolarum farrago in Partes III. distributa, a Joanne Manlio collecta & publicata. Basil. 1565. in 8.

MELZO (Ludovici) Malteser Ordens, Kriegsregeln wie eine Reuterey zu regieren, und was man für einen sonderbaren Dienst von derselben haben könne. Germanice & gallice. Francof. 1643. cum figg. in fol.

Editionem Francofurtensem anni 1625. Bauerus *raris* accenset; nec nostra facile obvia est.

MERCVRIALIS (Hieron.) De arte gymnastica Libri VI. Parisiis apud Joannem du Puys. 1575. in 4. cum figg.

Biblioth. Saltheniana, aliæque editionem Venetam anni 1573. velut primam inter *rarissimas*, Amstelodamensem cum figg. Christoph. Coriolani anni 1672. inter *raras* collocant, Parisinam contra, quæ itidem rara est, omittunt.

———— De pestilentia lectiones habitæ Patavii M. D. LXXVII. mense Januarii. In quibus de peste in universum, præsertim vero de Veneta, & Patavina singulari quadam eruditione tractatur. Ejusd. tractatus de maculis pestiferis, & de hydrophobia. Patavii apud Paul. Meietum. 1580. in 4.

———— Nomothelasmus, seu ratio lactandi infantes. Patavii. 1552. in 8.

Uterque liber infrequens est: in postremi fine additur epitaphium Pauli III. Pont. Max. ab eodem auctore concinnatum.

MERCVRII Britannici Mundus alter, & idem. Sive terra Auftrialis antehac semper incognita, longis itineribus peregrini Academici nuperrime lustrata. Francof. apud hæredes Ascanii, ac Rinalme. in 8. sine anno. M.

Præmittitur itineris occasio: tum singulis libris describuntur regiones *Crapuliæ*, *Viraginiæ*, seu *Gyniz novæ*, *Moroniæ*, & *Laverniæ*, additis ubique mappis geographicis. Opus *satyricum*, & *rarum*, cujus author fertur fuisse *Jof. Hallus*.

MESSAHALAH de scientia motus orbis.

Aeris, ignis, aque, & telluris qualis imago,

Quis numerus spheris, fideribusque modus:

Aurea cur toties commutat Delia vultus,

Hic Messala meus rite docere parat.

Messahallah de scientia motus orbis Nuremberg anno 1504. III. die Aprilis omni cum diligentia, per Dominum Joannem Veissenburger impressus. in 4. M.

Liber *rarus*: præfatur Joan. Stabius Auftriacus ad Joannem Fuxmagonum Cæs. Majestatis Senatorem. Additur ejusdem Stabii carmen ad chorum Musarum.

———— De elementis, & orbibus cœlestibus liber antiquus: cui adjectum est scriptum cujusdam Hebræi de Eris, seu intervallis regnorum, & de diversis gentium annis, ac mensibus. Item iisdem de rebus scriptum cujusdam Saraceni, continens præterea præcepta ad usum tabularum astronomicarum utilissima. Quæ omnia ad veteris ar-

chetypi lectionem diligenter collata, celebri famæ illustriff. Principis D. D. Augusti Ducis Saxoniae etc. & publicorum studiorum utilitati dicavit Joachimus Hellerus apud inclytam Germaniæ Noribergam mathematicum professor. Noribergæ excudebat Joan. Montanus, & Ulricus Neuberus 1549. in 4.

Bauerus simili fere titulo librum ex biblioth. Saltheiana Norimbergæ eodem anno impressum refert, eumque *rarissimis* inserit.

MESVÆ cum expositione *Mondini* super canones univesales, ac etiam cum expositione Christoph. *de Honestis* in antidotarium ejusdem. Cum additionibus Petri *Apponi*, Francisci *de Pedemontio*, *Platearii*, Joannis de *S. Amando*, libello *Bulcasis*, & aromatario *Saladini*. — Impressa Venetiis per Bonetum Locatellum Bergomensem jussu, & impensis nobilis viri domini Octaviani Scoti civis Modoetiensis. 1495. pridie calend. Aprilis Augustino Barbadico inclito Venetiarum Duce. in fol. *Editio perrara.*

————— Idem opus. ibid. apud eundem. 1498. Barbadico Venetiarum Duce. in fol.

————— Idem opus. ibid. 1508. die XX. Octobris. Serenissimo D. D. Lauredano Venetiarum Duce imperante. in fol.

Utrumque opus *rarum*, & a Maittairio præteritum.

MESUÆ Idem opus. Lugduni industria probi viri Gilberti de Villiers. 1519. in fol. *Editio infrequens.*

———— De re medica Libri III. Jacobo Sylvio Medico interprete. Parisiis ex offic. Christiani Wecheli sub scuto Basiliensi in vico Jacobæo, & sub Pegaso in vico Bellovacensi. 1544. in fol.

Editio, Bunemanno teste, *rara*, & Maittairio ignota. Dedicat laborem suum Sylvius Stephano Poncherio Baionensi episcopo, additque breves, ac necessarias in Mesuem commentatiunculas. Ea, quæ præmio præmittuntur, authoris genus in hæc verba explicant: *In nomine Dei misericordis, cujus nutu sermo recipit gratiam, & doctrina perfectionem, principium sit verborum Joannis filii Mesuæ, filii Hamech, filii Hely, filii Abdela regis Damasci.* Hinc Mesuæ adhæsit nomen *Damasceni.*

———— cum duplici translatione, altera quidem antiqua, altera vero nova Jacobi Sylvi. Venet. apud Vincentium Valgrisium. 1562. in fol. *Editio non passim obvia, & nitida.*

———— Idem opus: cui accessere plantarum in libro simplicium descriptarum imagines ex vivo expressæ, atque item *Joan. Costæi* annotationes. Venet. apud Juntas. 1589. in fol. *Liber ex infrequentioribus.*

———— Sobre el *Mesue & Nicolao*, modus faciendi: nuevamente por el auctor corregido,

y en esta impressiõn tercera anhedido un notable Tractado de secretos curativos: como al fin della buelta desta hoia se vera. M. D. XLII. — Fue impresso en la muy noble y felicissima Cibdad de Sevilla, en casa d' Juan Cronberger qui aya gloria. Anno Domini 1542. y por amor de nuostro Sennor pide el auctor III. ave Marias por las animas de purgatorio. ✠ Et laus Deo, Marie, & Joseph. in fol.

Quamquam ordine tertia sit, apud nos tamen *rariissima* editio. Titulum operis excipit tabula summaria contentorum, cui subditur: *Jesus benignissimus. Maria dulcissima. Joseph sanctissimo*. Opus ipsum in partes II. divisum est. Prima est instar prologi, foliorum 5. quo Medicorum prærogativa ex illo, *honora medicum propter necessitatem*: illustratur: additur monitio ad Sacerdotes, qui moribundis assistunt, in quem finem commendatur cultus S. Josephi morientium patroni, addito hymno latino in illius honorem, qui, ut author ait, est *carmen asclepiadeum mixtum gliconico cacometrum*. Pars II. continet commentarium Hispanicum in canones Mesuæ. Huic in modum partis III. subjungitur liber de evacuationibus. Finem faciunt Hippocratis aphorismi cum prognosticis latine: tum disputatio Hispanica inter duos medicos, *an reubarbarum sit solutivum*: denique oratio latine de nativitate beatæ Virginis Mariæ, quam excipit tabula alphabetica in univèrsum opus proluxa illa, & minutissima. Author, aut commentator potius, videtur fuisse ex Ord. Minorum, cum in prologo ad archiepiscopum Hispalensem disertè dicat: *considerando que sintiendo esto nuostro Seraphico padre sant Francisco, voluit*

non solum sibi vivere, sed & aliis proficere ductus zelo Dei &c. idque propterea, ne sibi, quod sacerdos in rem medicam se ingesserit, apud alios invidiam conflaret.

METERANI (Emmanuel.) Historia, oder eigentliche und wahrhaffte Beschreibung aller Kriegshändel unnd gedenckwürdigen Geschichten, so sich in Niderteutschland, auch beygelegnen und andern Örtern Franckreich, Engelland, Teutschland, Hispanien, Italien &c. zugetragen haben unter der regierung Keyfers Caroli des V. und Philippi II. Königs in Hispanien bis auff diese gegenwertige Zeit. Hamburgi 1597. in fol. *Liber parum communis.*

MEURSI (Joan.) Græcia ludibunda, sive de ludis Græcorum liber singularis. Accedit *Danielis Souteri* Palamedes, sive de tabula lusoria, alea, & variis ludis Libri III. Lugd. Batav. 1625. in 8. *Editio rarior.*

————— Joannis junioris, de coronis liber singularis. Soræ Danorum. Excudebat Henricus Crusius. 1643. in 4. M.

Liber apud nos *perrarus*. Inscribit illum Cornificio, Canuto, Laurentio, Flaminio, Ebboni & Hilario ab *Vlefeld.*

MEXIA (Pedro) Colloquios de mucha erudition. En Anvers. 1561. in 12. *Liber apud nos raro obuius.*

MICHOW (Mathiæ) Tractatus de duabus Sarmatiis, Asiatica, & Europiana, & de contentis in eis. Impressum Cracoviae opera, & impensis providi viri Joannis Haller, civis Cracoviensis. 1517. in vigilia omnium Sanctorum. in 4.

Editio *perrara*, nec Maittaireio, nec Gesnero nota, quorum postremus Augustanam, Venetam, & Basileensem solum indicat. An ejus Janozki meminerit, quod is mihi ad manum non est, ignoro.

MILENSII (Felicis) Alphabetum de Monachis, & monasteriis Germaniæ, ac Sarmatiæ ceterioris, ordinis Eremitarum S. Augustini, in quo præter historicam veritatem multa dogmatice discernuntur etc. Pragæ typis Casp. Kargessii. 1613. in 4. M.

Liber apud nos *perraro* obvius. Sarmatiæ nomine author Hungariam quoque complectitur, in qua quæ fuerint monasteria sui ordinis, additis sæpe Fundatorum nominibus diligenter memorat. Aliqua ex his *Parmanum* archiep. in appendice ad Synodum Strigoniensem latuerunt.

MILTONI (Joan.) Angli pro populo Anglicano defensio contra Claudii anonymi, alias Salamasi defensionem regiam. Londini typis du Gardianis. 1652. in 12. M.

Bauer ex biblioth. Feverliniana, & Bunemanni duplicem editionem, quæ Londini anno 1651. prodierit, unam in 4. alteram in 12. memorat, & utramque *raris* inserit, meæ huius oblitus, nisi forte in alterutro anno error cubet. Nota in vulgus est de Miltono, & Salma-

Salmafio illa parœmia: hunc optimam causam pessime, illum contra pessimam optime defendisse.

De falsa & vera Dei Patris, Filii, & Spiritus S. cognitione Libb. II. authoribus MINISTRIS ecclesiarum consentientium in *Sarmatia*, & *Transsilvania*. Excusum Albæ Juliæ. 1568. in 4.

Liber rarissimus & pestilentissimus inscriptus est *Serenissimo, ac pietate clarissimo Principi D. D. Joanni II. electo regi Hungariæ &c. Datum Albæ Juliæ 7. Aug. 1567. Dei ministri, qui supra, M. V. S. obsequentissimi*. Nullus tamen ex his uspiam nominatum exprimitur. Liber I. novem: II. quindecim capp. continet. Addita sunt tria opuscula eodem typo, forma, & anno Albæ edita. Primi hic titulus est: *Demonstratio falsitatis doctrinæ Petri Melii, & reliquorum sophistarum per antitheses, una cum refutatione antitheseon veri, & Turcici Christi, nunc primum Debrecini impressarum*. Alterius: *Refutatio propositionum Petri Melii, non inquirendæ veritatis ergo, sed ad contendendum propositarum, ad indicatam Synodum Varadinam 22. Aug. anno 1568*. Tertii denique: *Antithesis Pseudo-Christi cum vero illo ex Maria nato Luc. 2. Hodie (non ante secula) natus est vobis (non incarnatus) Salvator Christus Dominus (non in cælo ex essentia Dei.)* Perinde impia, ut prius opus, cui coniuncta sunt. De hoc venit mihi in mentem suspicari, an non idem sit opus cum eo, quod Schelhornius hoc titulo: *Fulmen de cælo delapsum, Trinitariorum Deum Triunum contundens*: in amoenit. Lit. Tom. II. memorat, & Vogtius prodiisse negat? Certe cap. 4. Libri I. totum occupatur in ludificandis imaginibus, quas pro captu rudium ad exprimendam SS. Trinitatem prisca simplicitas reperit, & Ecclesia eandem ob causam dissimulat. Harum, præ-

ter duo simulacra a Stancaro, & Melio addita, sex illic expinguntur, & *idoli trifrontis, monstri, figmenti, portentis, Cerberi, & Geryonis* nominibus insigniuntur, ac, ne deesset sceleratæ impudentiæ par convicium, additur distichon, cujus pars prior Ovidio ex Fastis sublectum est.

Jane biceps, anni tacite labentis origo,

Trifrontem pellas, ni velis esse miser.

Nec id, quod eodem cap. ex Hieron. Cardano de subtilitate Lib. 19. in firmamentum affertur, fideliter exscriptum, & Blondi in Roma triumphante Lib. I. de Sabinorum deo Fidio, & semipatre testimonium ineptissime ad rem accommodatum est.

MIRABELLI (Dominici Nani) Polyanthea. Coloniae. 1546. in fol. *Liber infrequens.*

MIRÆI (Auberti) Originum Monasticarum Libri IV. in quibus ordinum omnium Religiosorum initia, ac progressus breviter describuntur. Coloniae 1620. in 8.

Scripta omnia hujus authoris inter *rara* referuntur.

————— Politicæ Ecclesiasticæ, sive status religionis Christianæ per Europam, Asiam, Africam, & orbem novum, Libri IV. Lugduni apud Antonium Pillehotte. 1620. in 8.

————— Codex denotationum piarum, in quo testamenta, codicilli, litteræ foundationum, donationum, immunitatum, privilegiorum, & alia piæ liberalitatis monumenta a Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Ducibus, ac Comitibus

in favorem Ecclesiarum, præsertim Belgicarum edita continentur. Bruxellis apud Joan. Merbecium. 1624. in 4. M.

MIRANDVLÆ (Octaviani) Canonici regularis Lateranensis, viridarium illustrium poetarum, cum ipsorum concordantiis in alphabetica tabula accuratissime contentis, quibusque plus quam egregias sententias *Fausti* Poetæ regis atque reginæ addidimus. Non tamen omnes propter penuriam librorum adjicere posuimus (potuimus). Impresum Parisius impensis honesti viri Johannis Petit Librarii. 1513. in 8.

Editio *perrara*, quod illius Maittairius non meminerit, & Gesnerus duas solum posteriores editiones memoret; unam Argentinensem anni 1538, & alteram Basileensem anni 1583.

MISSA Apostolica, sive divinum sacrificium S. Apostoli Petri, cum Wilhelmi Lindani episcopi Gandavenfis apologia pro eadem D. Petri Apostoli liturgia. Item vetustissimus in S. Apostolicæ Missæ Latinæ canonem commentarius ex admirandis antiquissimorum PP. nostrorum Orthodoxorum antiquitatibus concinnatus, ad illustriss. S. R. E. Card. Antonium Carafam. Antverp. ex offic. Christophori Plantini. 1589. in 8. *Liber rarus.*

MISSE ordo secundario diligentissime correctus cum notabilibus & glossis sacri canonis

noviter additis: Romæ anno Virginalis partus M. CCCC. VIII. sedente Julio II. Pont. Max. anno ejus V. cum glossis & notabilibus noviter appositis, exactaque cura Floriani Vnglerii, Cracoviæ in regia civitate anno Domini 1512. in 4. *Opus rarissime obvium.*

MISSALE secundum chorum alme Ecclesie Strigoniensis Verone. 1480. in fol.

Possidemus aliud quoque eodem titulo Venetiis 1493. in fol. excusum. *Utrumque rarum.*

MITHOBII (Burcardi) libellus, wie man sich für der hefftigen, und todtlichen Seuche der Pestilenz bewaren soll &c.

Hæc tria tabificam pellund (sic) adverbia pestem,
Mox longe, tarde, cede, recede, redi.

Zu Erffurdt trückts Gervasius Schürmer zu den bunten Lawen bey St. Paul. 1552. in 4. *Libellus infrequens.*

MIZALDI (Antonii) secretorum agri enchiridion, hortorum curam, auxilia, secreta & medica præsidia inventu prompta, ac paratu facilia Libris III. pulcherrimis complectens. Lutetiæ apud Federicum Morellum. 1560. in 8.

————— Harmonia cœlestium corporum & humanorum, dialogis undecim astronomice, & medice elaborata & demonstrata. Ad Antonium Olivarium Lumbariensem Antistitem eximium. Lute-

tia apud Jacob. Keruer via Jacobæa sub duobus Gallis. 1555. in 8.

Prius opusculum, *Misaldi* nomine, biblioth. Saltheniana rarissimum accenset; nec istud minoris raritatis est: hujus hæc sunt breviarum. Dialogus I. est in morem parasceves ad sequentes. II. De solis, & cælorum coaptatione cum anima rationali, & corpore humano. III. De radiorum solis, & ejusdem spirituum conciliatione cum humani corporis spiritibus. IV. De compositione Lunaris radii, & spiraculi cum animali spiritu. V. De collatione facultatis radiorum planetarum cum humani corporis facultatibus. VI. De applicatione innati solis caloris ad nativum humanorum corporum calorem. VII. De solis cum corde humano aptatione. VIII. Ex quo habetur collatio naturæ stellarum coeli cum humani corporis humoribus. IX. De coaptatione stellarum variarum cum partibus humani corporis variis. X. In quo Solis, & Lunæ cursus cum vitæ humanæ curriculo componitur. XI. De orbium cælestium coaptatione cum corporis orbibus, & oculis. Hæc totidem verbis author singulis dialogis præmittit. Interloquutores sunt, Vrania, & Aesculapius.

MODESTI (Joan. Ant.) Umbri oratio de amicitia. Excusa sunt hæc Viennæ Austriæ ab Hieronymo Vietoris Philovalle. Anno 1510. quarto Kalendas Octobris. in 4. M. plagg. cum titulo 8.

Opella rarissima, & Gesnero, aliisque, quos consului, ignota, dicata est Francisco Præposito Transilvanienfi, Wladislao II. regi Hung. a secretis.

MODUS servandus in executione gratie expectative foeliciter explicit per me B. G. de Sultz. Laus Deo. in 4. sine l. & anno.

Libellus *rarissimus*. Iunctum est illi aliud opusculum eadem typo hujus tituli: *Tractatulus de arte Notariatus incipit*: Siglæ eædem B. G. quem hæc indicent, dicam in articulo *Procurator*: unde patebit, utrumque Romæ esse editum ante annum 1480.

MOLANI (Joan.) de historia sacrarum imaginum, & picturarum pro vero earum usu. Lovanii apud Joan. Bagardum, 1594. in 8. *Liber novæ facile obvius*.

MOLES (Hannibalis) decisiones tribunalis cameræ regie Neapolitanæ. Neapoli. 1670. in fol. *Editio apud nos perrara*.

MOLITORIS (Ulrici) Hexenmeysterei. Anno 1544. in 4. sine loco.

Forte sit prima versio operis: *de lamis, & phitonicis mulieribus*: quod Constantiæ 1489. prodit. Argumentum in morem dialogi contextum est; interloquutores sunt, *Sigismundus* Austriæ Dux: *Ulricus Molitor*, doctor juris, & *Cunradus Schatz*, Consul Constantiensis: his duobus pro Sagis, Duce contra pugnantibus. In fine additur: *Datum zu Costentz anno domini 1489. decima die Januarii*.

MONASTERIENSIS & *Osnabrugensis* Pacis acta, & tractata. Darinnen hinc inde von anno 1638. vorgangenen Præliminarien, die Kayf, Königliche, und der Reichsständt propositiones, deductiones, responsiones, exceptiones, replicæ, duplicæ, protocolla projecta, pacis instrumenta, auch Reichs und Religions gravamina, und darti-

ber allerseits gehaltene compositions mittel und Vorschläge, gefürte discurs, consilien, und Berathschlagungen, sonderlich die restitution der geistlichen Gütter betreffen, begrieffen. Mit anhehenckter Handlung, die satisfaction zwischen Kayserl. May. und denen Cronen Franckreich, Schweden, und Brandenburg. So dann deren zu Wien in anno 1642. und jtzo zu Münster wegen Restitution der Chur Pfaltz und deren Länder verübte Acten. Partes III. 1648. in 4.

Opus cum per sese, tum ob ea, quæ illi conjuncta sunt, apud nos *perrarum*. Conjuncta autem sunt: I. Verzeichnus deren zu Münster, und Osnabrüg beyden allgemeinen Friedens tractaten anwesender Gesandten. Anno 1646. II. Ohnvergreifliches Bedencken ob ein general Frieden zu Münster und Osnabrüg zu hoffen, oder nicht. 1645. III. Copia eines schreibens, darinnen die Königliche Schwedischen Herren Gesandte zu Osnabrug der Kayf. Herren Legaten angeführte Rationes, das man die mittelbare Stände zu diesen Friedenstractaten nicht gestatten, noch mit falsvis conductibus versehen soll, widerlegen &c. 1645. IV. Replica oder Antwort der Kayf. Herren gevollmächtigten, auf die von den Schwedischen Herren Gevollmächtigten zu Osnabrug jüngsthin übergebene proposition. 1646. V. Entwurff dessen, was die Herren Schwed- und Frantzösische Abgesandten auff die von denen Herren Kayserl. Legaten beantwortete Friedens puncta anno 1645. den 28. Decemb. in Osnabrug mündlich wieder herausgegeben. VI. Abhandlung puncti satisfactionis, so von den Herren Kayf. und Schwedischen Abgesandten zu Osnabrugk ge-

schlossen den 8. (18.) Martii. 1648. VII. Vergleich wegen der restitution der Chur Pfaltz, wie die von den Herren Kayf. und Schwedischen Abgesandten zu Osnabrüg geschlossen worden. den 9. (19.) Mart. 1648. VIII. Abhandlung puncti æquivalentiæ, oder Entgeltus, so Ihrer Churfürstl. Durchl. zu Brandenburg wegen vorgesehener Abtretung beyzulegen, wie von den Herren Kayf. und Schwedischen Abgesandten zu Osnabrüg geschlossen worden den 9. (19.) Mart. 1648. IX. Abhandlung in puncto satisfacionis mit der Frau Landgräfin von Hessen, so von den Herren Kayser. und Schwedischen H. Abgesandten zu Osnabrück geschlossen den 6. April. 1648. X. Kurtzer einfältiger Vorschlage, wie denen längst getriebenen annoch pendirenden Tractaten die restitution der Pfaltz betreffend abzuheiffen seyn möchte. Publicirt 1643.

Pro MONLUCIO episcopo, & Comite Dienfi præscriptio adversus libellum *Zachariæ Furnesteri*: cui adjecta est ejusdem Zachariæ Furnesteri adversus eandem præscriptionem defensio. 1575. in 8. sine loco.

Libellus rarissimus. Argumentum ex Monlucii legatione, qua apud Polonos pro eligendo Henrico Andium Duce, postea Galliarum rege hujus nominis III. functus erat, sumtum est. Cum enim de suffragiis in eum conferendis ageretur, & aliquis calumnias electioni injiceret, Monlucius scriptum congeffit, quo illas refutaret. Id an editum sit, haud satis constat. Illud certum: a Furnestero, quis quis tandem sub hoc nomine personatus lateat, visum fuisse, & maximam ejus partem edito libello vulgatam. Prior pars opusculi est pagg. 56. altera 274. Authores vero

obscuri: Furnesterum fuisse heterodoxum patet ex pag. 5. verbis illis, quæ defensori Monluciano objicit: *consuluisse famæ, quam post fœdam illam defecti-
onem tuam adhuc apud aliquos etsi ægre retinebas, retinebas tamen.* Et magis perspicue pag. 5. *Adeone ergo te post illam apostasiam dementem esse factum, ut — — te jam serio apostatam, & Catholicum esse factum publice probares &c.*

MONOSZLOY (Andræ) Ecclesiarum Posonienfis, ac Felheviziensis Præpositi, brevis ac Catholica confutatio impiorum novorum articulorum nuper in *Galantha* a Sacramentariis concinnatorum. Impressum Tirnaviæ 1593. in 8.

Liber *rarus*, & scriptori *memoriæ Hungarorum* &c. ignotus. Dicit opus RR. DD. Stephano Fejerkövi episcopo Nitriensi, ac regis per Hungariam locum tenenti. Authorem, contra quem scribit, in dedicatione his verbis manifestat: *hic libellus prodiit, ac principalia capita segmentorum Galantiniensium Sacramentariorum, litterasque Dobronocky confutans &c.*

MONTAGNANÆ (Antonii Marci) de herpete, phagedæna, gangræna, sphacelo, & cancro, tam cognoscendis, quam curandis tractatio accuratissima. Venet. apud Paul. Meietum. 1589. in 4.

Nota *raritatis* insignitur in catalogo biblioth. Lehmannianæ.

————— Bartholomæi consilia. Tractatus tres de balneis Patavinis: de compositione, & dosi medicinarum. Antidotarium ejusdem. Venetiis

mandato ac sumptibus nob. viri domini Octaviani Scoti civis Modœtiensis, quarto Nonas Aug. 1497. per Bonetum Locatellum Bergomensẽ. in fol.

Editio *admodum rara*: meminere illius Gesnerus, & Maittairius: ille addit, authorem dici alias de *monte Gnana*. Titulum operis excipit gemina epistola, Jacobi de Vitalibus Brixienfis, ad Gerardum Bolderium Veronensem, & hujus vicissim ad illum de operis editione sine ullo dato: tum tabula consiliorum 303 quæ cum jam impressa essent, suggestum est editori consilium de *mirachialo*, quod is prætermiserat, ut in fine hujus tabulæ lectorem monet: *post impressionem consiliorum voluminis oblatum fuit nobis hoc consilium de mirachiali dispositione, quod magistro Bartholomeo attribuitur: sed, ut ego existimo, aut non est ejus, aut erat juvenis valde*. In fine visitur Symbolum Octaviani Scoti. Eodem volumine continentur etiam consilia Cermisoni, eodem typo, & charta, ut dubium nullum sit, quin utrumque opus Venetiis anno 1497. prodierit, ut supra in *Cermisonus* monui.

MONTANI (Jacobi) Odarum spiritualium liber. Clarissimo viro Joanni Elio illustrissimi episcopi Monasteriensis Cancellario per Christi sacerdotem Jacobum Montanum Spirensẽ nuncupatus. Lector eme, lege, & judicabis. T. O. — Argentorati ex ædibus Schurerii mense Martio. 1513. regnante Imperatore Cæs. Maximiliano Pio Fœlici Aug. P. P. fol. 38.

Editio *perrara*, & Maittairio ignota. Gesnerus odarum quidem meminit, sed locum, ubi editæ sint,

non indicat. Operi præmittit ad studiosum adolescentem elegiam Joan. Murmelius Ruremundensis. Odæ ut plurimum sunt de festis Domini, & beatæ Virginis, ceteræ de Sanctis concinnatæ.

MONTANI (Jacobi) De passione ac morte Christi fasciculus mirrhæ — — Ex secunda recognitione ipsius authoris. — Finis T. O. in 4. sine loco, & anno. folior. 56.

Editio perinde *rara*, & Gesnero ignota, qui Basileensem Hervagii IV. libris comprehensam solum memorat, cum nostra elego quidem carmine conscripta, sed nequaquam in IV. libros distributa, nec Basileæ, sed Argentinæ, ac secundis Montani curis apud Schurerium prodierit, ut litteræ T. O. in fine adjunctæ docent. Titulus exhibet Ortwini Gratii ad lectorem hexastichon cum disticho: præfatur autem Montanus ad Jodocum Gallum Rubeaquensem, & Jacobum Wimpelingum Sacerdotes, causam cur sacrum hoc scriptio- nis argumentum selegerit, hanc reddens; se *voluisse ampliandæ divinæ laudis gratia Christianam pietatem, qua nulla sub cœlis illustrior, verior, salubrior est, hac qualicunque threnodia decorare, juventutem ad sacrarum amorem scripturarum incendere, & obscœnorum scriptores carminum spiritali jugulare mucrone*. Recte igitur sub ipsum principium ita canit:

Crux mihi Parnassus, cruor agni, Phocidis unda,
Vulnera sint Musæ sanguinolenta graves.

Christus, Apollo fiet, cithara præsignis eburna,

Et referat Daphnen maxima Parthenice,

Sint procul hinc olidi paphiæ meretricis amores,

Hortorumque Phylax; Nyctileusque pater.

Lancea, fel, spinæ, clavi, crux, lora, flagella,
Sputaque, sint nostræ munera casta fidis.

MONTANI (Joan.) de idea Hippocraticæ doctrinæ dictata quondam ab *Abibone Gebfrid* Medico in Patavina schola excepta, ac nunc primum in medicæ artis candidatorum usum publicata. Viennæ Austriæ excudebat Egidius Aquila. 1550. in 4.

Liber *parum cognitus*. Possessor hæc sua manu adnotavit: *Johannes Bierdumphelius Phil. & Med. D. suis se jungebat libris Viennæ Austriæ*. 1559.

MONTE (Lamberti de) Quodlibeta: varie questiones de quolibet disputate, ac edite a profundissimo, probatissimoque Theologo Doctore Angelico Divo Thoma Aquinate Ord. Pred. per vigili cura revise, & nunc demum impressæ. Agrippine cura Henrici Quentel. 1501. in fol. *Liber perraro obvius*.

MONTECUCCOLI (S. R. I. Principis) commentarii bellici cum justo artis bellicæ systemate. Viennæ Austriæ. 1718. in fol. cum figg.

Biblioth. Menckeniana illum *raris* adnumerat.

MONTEREGIO (Joan. de) Epytoma in Almagestum Ptolomæi. — Explicit magne compositionis Astronomicon epitoma Johannis de regio monte. Impensis non minimis curaque & emendatione non mediocri virorum prestantium. *Gasparis*

Grosch, & Stephani Ræmer. Opera quoque & arte impressionis mirifica viri solertis *Johannis Hamman* de Landoia, dictus *Hertzog*, felicibus astris expletum anno a prima rerum etherearum circuitione 8480. Sole in parte sexta decima Virginis gradiente, in hemispherio Veneto, anno salutis 1496. currente, pridie calen. Septemb. Venetiis. Maximiliano Romanorum rege primo faustissime imperante. in fol.

Opus, ut habet biblioth. Schwarziana, *rarissimum*; Titulum sequitur dedicatio Regiomontani ad Bessarionem episcopum Tusculanum S. R. E. Cardinalem, & Patriarcham CP. in qua refert, Bessarionem, cum videret Ptolemæum non rite e græco factum esse latinum, ac fere barbare loqui, induxisse in animum, ut eum, quod utraque lingua valeret, suo decori restitueret. Sed dum legatione ad Imperatorem perfungi necesse haberet, advocatum fuisse ab ea destinatione, provinciamque hanc, ut Viennam venerat, Georgio Purbachio mandasse: huic autem post sex libros magno studio translatos mortuo, se illius jam morituri jussu successisse, ac opus, qua poterat, accuratatione ad finem perduxisse. Erat Regiomontanus, alias Müller dictus, ea ætate mathematicis disciplinis, præcipue astronomia, præ ceteris excultus, ac a regibus certatim expetitus, præsertim a Mathia Corvino; a quo, cum ei tabulam primi mobilis dicasset, primum 800. aureis nummis Hungaricis, ac preciosa veste, tum annuo stipendio liberali, quo, ubi vellet, uteretur, donatus est.

MONTEREGIO (Joan. de) Germanorum decoris, nostre etatis astronomorum principis ca-

alendarium. 1514. ex officina Petri Liechtenstein.
in 4. sine l.

Typus, & nomen typographi Venetias produunt;
præmittit in laudem authoris elegiam Jacobus Senti-
nus Ricinensis. *Editio rara.*

MONTEROCHERII (Guidonis) Enchiri-
dion sacerdotum, seu manipulus Curatorum. Co-
loniæ. 1508. in 8.

Editio rara, & Gesnero ignota, qui Venetam, &
Antverpiensem anni 1570. tantum refert.

MONTOPOLITANI (Andreae) Italiæ que-
rela ad sacrosanctum Leonem X. Pont. Max. in 4.
sine l. & a. M.

Opusculum *valde rarum*, & carmine heroico con-
scriptum vix dubium est, quin Romæ prodierit: Præ-
figitur Insigne gentilitium Pontificis cum lemmate:

Ut Numæ Romuleum traduxit robur ad aras,
Sic Leo belligeras traducet ad ocia gentes.

MONUMENTA *Westmonasteriensia*. Or an
Historical Account of the original, Increase, and
present State of St. Peter's, or, the Abby Church
of Westminster. With all the Epitaphs, Inscr-
ptions, Coats of Arms, and Archievements of
Honor belonging to the Tombs and Grave-sto-
nes: together with the Monuments themselves
faithfully described and set forth. With the addi-
tion of tree whole Sheets. London printed for C.
Wilkinson, and T. Dring, at the Black-Bog,

and at the Harrow in Fleetstreet. 1683. in 8. M.
Editio apud nos admodum rara.

MONZAMBANO illustratus & restrictus: sive Severini de Monzambano Veronensis de statu Imperii Germanici ad Lolium fratrem, dominum Trezolani liber unus. Discursibus juridico-politicis explicatus & restrictus — — opera & studio *Pacifici a Lapide* Germano - Constantiensis. Utopiæ apud Udonem Neminem, vico Ubique, ad insigne veritatis. 1668. in 12. *Liber rarus.*

MORGENSTERN (Georgii) sermones discretissimi contra omnem mundi perversum statum, quem Deus gloriosus, & equitas naturalis damnat. Egregii & famosissimi domini Georgii Morgenstern de Ödern, decretorum doctoris celeberrimi. Qui jura Canonica in gymnasio Liptzensi fideliter docuit, & verbum Dei fructuose ac devotissime populo predicavit. Omnibus volentibus divinum seminarere perutile. Diligentis studii indagine registrati. Correctionis lima etiam quam accuratissime castigati. Impressum Auguste per Johan. Froschauer. 1505. ni 4.

Editio rara, &, ut videtur, ordine secunda. Genserius enim editionem Lipsiensem anni 1501. per Wolfgangum Monacensem solum memorat.

MORI (Henrici) historia Missionis Anglicæ Societatis Jesu ab anno salutis 1580. ad 1619. vice-

provinciae primum, tum provinciae, ad ejusdem seculi annum XXXV. Audomari typis Thomae Geubels. 1660. in fol. *Liber raro admodum obvius.*

MORI (Thomae) civitatis Londinensis civis, & Vicecomitis, * de optimo reipublicae statu, deque nova insula Utopia Libellus vere aureus. Ejusd. epigrammata pleraque e graecis versa. Basil. apud Joan. Frobenium. Mense Martio. 1518. in 4. *Editio rara.*

———— Idem opus. Viennae Pannoniae, per Joan. Singrenium. 1519. in 4.

Editio itidem *rara*, & ex Basileensi exscripta.

MORINI (Jo. Bapt.) Astrologia Gallica, principiis & rationibus propriis stabilita, atque in XXVI. libros distributa &c. Hagae Comit. ex typogr. Adriani Vlaqui. 1661. in fol.

Testibus Vogtio, biblioth. Saltheniana, Engliana, & Solgeriana *opus perrarum.*

MORNAEI (Philippi) de veritate religionis christianae liber, contra Atheos, Epicuros, Paganos, Judaeos, Mahumedistas, & ceteros infideles, gallice primum conscriptus, nunc autem ab eodem latine versus. Antwerp. ex offic. Christoph. Plantini. 1583. in 8.

Liber rarus inscriptus est Henrico Navarrorum regi. Exstat apud nos quoque editio Herbornensis anni 1593. in 8.

MOR-

MORNÆI (Philippi) Besteniger Bericht von der Kirchen, darinn die Hauptstück, darüber man heuttigs Tags streittig erleuttert werden — in hochteutsch gebracht von Joh. Jacob Koler. Zu Basel bey Conrad Waldkirch. 1589. in 8.

————— Responso ad Ebroicensis episcopi librum. Hanovix. 1607. in 4. *Utrumque scriptum infrequens.*

MOSCHOPULI (Manuelis) Grammaticæ artis græcæ methodus. Ejusd. artis *Theodori Gazæ* libri II. græce. Basil. ex offic. Joan. Walder. 1540. in 4. *Liber rarior.*

MOSCOVITICARVM rerum scriptores auctores varii unum in corpus nunc primum congesti, quibus & gentis historia continetur, & regionum accurata descriptio. Francof. 1600. in fol.

Collectio perrara, ut biblioth. Saltheniana testatur.

MOSHAIM (Rudberti a) Decani Pataviensis, græce & latine eruditissimi, Kynosophion, ac opusculum *Phemonis* de cura & conservacione canum, e græco in latinum translatum. Canis encomium: seu de canum laudibus per eundem declamatio.

Distichon ad lectorem.

Quemque canum vires, morbos, artemve medendi
Nosse juvat paucis, hic cito doctus erit.

Jacobus a Moshaim studii syncerioris cultor, has duas lucubrationes præstantissimi viri domini Decani Pataviensis, amantissimi fratris, illo plane invito, ac incio (fateor ingenue, male ob id me auditurum) honesto, pioque consilio in publicum emisit, sententiæ, ac humanitatis causam sequens mea ostendit epistola. Viennæ, per Jo. Singrenium. in 4.

Libellus *perrarus*, ac Gesnero ignotus. Titulum excipiunt duæ epistolæ; una ad Ferdinandum I. S. R. Imp. Hung. Boh. &c. regem; altera ad lectorem, utraque data est I. Novemb. ex arce Strechaw anno 1535. qui forte annus editionis fuerit. Causam, cur incio fratre utrumque opusculum ediderit, in prima epistola hanc præcipue memorat, quod regem venatu in primis delectari sciret, & quod is catalogum titulorum opusculi de medicina canum a Salio Medico sibi oblatum grato animo accepisset.

MULERII (Nicolai) gymnasiarchæ Leoardiani) Tabulæ Friscæ Lunæ- solares quadruplices, e fontibus Cl. Ptolemæi, Regis Alfonsi, Nic. Copernici, & Tychonis Brahe recens constructæ. Quibus accessere solis tabulæ totidem, hypotheses Tychonis illustratæ: Kalendarium Romanum vetus cum methodo Paschali emendata. Alcmariæ excudebat Jacobus Meeferus. 1611. in 4.

Liber *rarus*. In calendario vetere Joan. Rakolupsky Polonus libri hujus olim possessor haud pauca ex Seto Calvisio, Casp. Schotto, & Pitisco partim emendat, partim adjicit.

MUNDINI anatomia, quam de partibus humani corporis inscripsit. Excusum anno a mundi redemptione. 1527. in 12. sine l.

Bauer ex Sincero editiones annorum 1482. & 1541. Marpurgensem a *raritate* commendat, nostræ hujus, ut videtur, ignarus.

MÜNSTERI (Sebastiani) Cosmographiæ universalis Libb. VI. Basil. apud Henricum Petri, mense Martio. 1550. in fol. M.

Notat Vogtius hanc, & annorum 1552. 1559. editiones esse *raras*, & in precio habendas, quod editio Basileensis anni 1572. aut a Pontificiis, aut istorum gratia truncata fit.

———— Rudimenta mathematica. Hæc in duos digeruntur libros, quorum prior geometriæ tradit principia — — una cum rerum, & variarum figurarum dimensionibus: posterior vero omnigenum horologiorum docet delineationes. Basil. 1551. in fol.

De hac editione catalogus biblioth. Salthenianæ ita: *Liber rarus, quem in plurimis iisque præstantissimis bibliothecis inani cura quæeres.*

———— Organum Vranicum. Habes in hoc libro amice lector explicatas theoricæ omnium planetarum, atque eorundem varios, singulos, & quotidianos ad annos usque C. & ultra expressos motus, Lunæ quoque in lumine crescentis, fenscentis, & per eclipsim deficientis, & item Solis

deliquium patientis omnem varietatem, quibus omnibus commodi adjecti sunt canones. Basil. apud Henricum Petrum mense Martio. 1536. in fol. cum figg.

Liber *non facile obvius*, cujusmodi etiam est ejusdem *Compositio, seu descriptio horologiorum in muro, plano &c*, ibid. apud eund. anno 1531. in 4. quam itidem possidemus, & Gesnerus videtur ignorasse, cum editionem anni 1533. solum memoret.

MÜNSTERI (Sebastiani) Dictionarium Chaldaicum, non tam ad Chaldaicos interpretes, quam Rabbinorum intelligenda commentaria necessarium, ex Baal Aruch, & Chal. bibliis, atque Hebræorum peruschim congestum. Basil. apud Jo. Frobenium. 1527. in 4.

Dicat id Joanni Episcopo Roffensi viro undequaque doctissimo. Opus apud nos est *perrarum*: ut & ejusdem authoris Dictionarium trilingue, in quo latinis vocabulis in ordinem alphabeticum digestis respondent græca, & hebraica, hebraicis adjecta sunt magistralia, & Chaldaica. Basil. apud Henricum Petrum. 1530. in fol. quod in nostra Biblioth. exstat.

Die MÜN TZ belangende Antwort und Bericht der furnemesten punct und Artikel auff das Büchlein, so der Müntz halben in der Chur und Fürsten zu Sachsen landen mit dem Titel; *Der gemeinen Stymmen*: jedoch sonder Namen kurtzlich im Druck ausgangen ist, von denen, so dagegen die Volfart der Lande aus unterthenigkeit

auch wol meinen. Anno Domini. 1530. in 4. sine loci nota. M. *Libellus infrequentior.*

MURETI (M. Antonii) Variarum lectionum Libri XV. ad Hippolytum Estensem Cardinalem. Antverp. apud Christoph. Plantinum. 1586. in 8.

————— JC. & civis Romani orationes XXIII. Eiusd. interpretatio quinti libri Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum. Eiusd. hymni sacri, & alia quædam poematia. Venet. apud Aldum. 1575. in 8. *Utriusque libri rara editio.*

MURMELII (Joan.) Anzeigung, und Abhandlung viler Päbstlicher misbreuch, und abgöttereyen. Gedruckt zu Strasburg in Hans Knoblauchs druckerey. in 8. sine anno. *Libellus per-rarus.*

————— Loci communes sententioforum versuum ex elegiis Tibulli, Propertii, Ovidii diligenter collectæ (sic). Vitebergæ 1533. in 8.

Editio *rara*: nomen typographi videtur in litteris Gr. latere, & *Georgium Rhau* indicare, quibus sub-nexum est duplex KK.

MURNERI (Thomæ) beider Rechten Licentiaten, Instituten ein warer ursprung, und fundament des Keiserlichen Rechtens uff der hohen schül Basel in seiner ordenlichen lectur öffentlich mit dem Latin verglichen. — Gedruckt in der loblichen statt Basel durch den fürsichtigen Adam

Petri von Langendorff. Als man zalt nach der geburt Christi. M. D. XX. jar. (1520.) in 4. folior. 134.

Bauer ex Liter. Wochenbl. & biblioth. Solgeriana indicat librum esse *stupendæ raritatis*, sed annum editionis ponit 1519. nisi forte hoc, & sequente, editus fuisset. Verum ita multum ex raritatis precio amitteret. Præfatur Murnerus ad suos discipulos, tum subjungit versus, quibus rationem conatus sui reddit, ævo illi congruos. Ita enim de Institutis canit:

Doch mit solcher höch beschriben

Bisher so unverstendig bliben

Das kaum den gerten ist bekant

Was Instituten uff in hant,

Bis es zü letst darzü ist kummen

Sy also flyßig fürhar gnummen,

Vsgelegt, und declariert

Auch allen richtern zü gefiert. &c.

MURNERI (Thom.) Ritus & celebratio phase judeorum, cum orationibus eorum, & benedictionibus mense ad litteram interpretatis, cum omni observatione uti soliti sunt suum pasca extra terram promissionis sine esu agni pascalis celebrare, ex hebreo in latinum traducta eloquium. in 4. cum figg. sine l. & a. folior. 16. M.

Libellus *perrarus*, & cujus sola, quod sciam, biblioth. Gesneri meminerit. Epistola authoris ad Patres ord. Minorum exhibet Datum: *Valete ex Francfordia anno 1512.* ex quo an conjectura ad locum, & annum editionis duci possit, alii existiment.

MUSÆUS de Herone, & Leandro. A Caspare Barthio interpretatus, & illustratus. græc. & lat. Ambergæ ex typographeo Schönfeldiano. 1608. in 8. M.

Bauer testatur, librum in catal. biblioth. Christii *duplici raritatis asterisco notari.*

MUSLERI (Georgii) gymnasii, & civilis collegii ad D. Stephanum Viennæ Rectoris, laudatio funebris, in illustris, ac magnifici Herois *Leonardi a Fels* &c. obitum, in præsentia Regiæ Maiestatis, omnium ordinum, trium episcoporum, Principum virorum, Comitum, Baronum &c. habita III. Non. Decemb. anni M. D. XLV. cum epigrammatibus *Joan. Ludov. Brassicani.* Viennæ Austriæ Matthæus Syngrenius excudebat. 1545. in 4. M.

Bauer in supplem. complura Musleri scripta *rarisimis* inserit; hujus autem ne verbo quidem meminit; quod mihi indicio est, Viennenses editiones exteris parum cognitæ fuisse. Insunt orationi huic non pauca, quæ res Ferdinandi I. regis, & Joannis Zapoljæ illustrent. In fine additur, incertum cujus manu exaratus, Scazon in Fridericum Nauseam episcopum Viennensem, cui equus Felsianus in funeris pompa ductus dono quidem datus, sed ab eo non acceptus est, ruralis satyræ plenus.

MYLÆI (Christoph.) Consilium historiæ universitatis scribendæ. Florentiæ ex offic. Laurentii Torrentini, mense Julio. 1548. cum summi Pont.

Caroli V. & Ducis Florentinorum privilegio. in 4. M.


Editio, ut catalogus biblioth. Solgerianæ testatur, *longe rarissima*.

MYLÆI (Christoph.) De scribenda Universitatis rerum historia Libri V. ex offic. Joan. Oporini. 1551. in fol.

Dicat opus priore auctius, & splendidum Philippo Hispaniarum, & Maximiliano Bohemiæ regibus. *Editio rara*.

MYRITII (Joan.) opusculum geographicum, rerum totius ejus negotii rationem mira industria, & brevitate complectens, jam recens ex diversorum libris, ac chartis summa cura, ac diligentia collectum, & publicatum per Joan. Myritium Melitensem, ord. Hospitalis S. Joan. Hierosolimit. Commendatorem Alemanni monasterii, ac domus Ratisponensis. Ingolst. ex offic. typogr. Wolfgangi Ederi. 1590. in fol. cum figg.

Liber *minus communis*, bifariam dividitur: pars I. principia astronomiæ, II. geographiam complectitur. Edidit illum author rogatu *Philippi Riedesel* a Kamberg, Commendatoris in Erlingen. Illud hic tamquam ex diverticulo notare mihi libet, familiam *Riedesel* origine Hungarum esse, quæ cum Diva Elisabetha Be læ IV. filia in Thuringiam abiit; quod non modo cutum gentilitium cum *Szamároczis* in Hungaria, sed documenta etiam litteraria firmare videntur.



N.

NABOD (Valentini) enarratio elementorum astrologiæ, in qua præter Alcabitii, qui Arabum doctrinam compendio prodidit, expositionem, atque cum Ptolemæi principiis collationem, reiectis fortilegiis, & absurdis vulgoque receptis opinionibus, de veræ artis præceptorum origine, & usu satis differitur. Colon. apud hæredes Arnoldi Birckmanni. 1560. in 4.

Editio *rara*, cujus Gesnerus fine anni indicio meminit.

NADASDI (Francisci) Comitum, & Judicis curiæ regiæ Mausoleum potentissimorum, ac gloriosissimorum regni Apostolici regum, & primorum militantis Hungariæ Ducum, cum iconibus æri incis. Norimb. 1664. in fol. maj.

Biblioth. Solgeriana notam *raritatis*, ut omnino meretur, illi tribuit. Apud Jöcherum male editum est, Graf von Forgatsch: rescribendum est, Fogaras ab arce cognomine in Transilvania, quam cum finitimo agro *Thomas Nadasdi*, & *Stephanus Majláth*, æquo jure a Ferdinando I. & Joanne Zapolya, Hungariæ regibus, dono accepere. Ducum icones arbitrariæ sunt, nec Regum omnium ad fidem figillorum excryptæ.

NAKIELSKI (Samuel.) Miechovia: sive promptuarium antiquitatum monasterii Michovien-

sis, ubi per continuam seriem Præpositorum Miechoviensium, præmissis primum Fundatorum ejusdem monasterii, præcipue vero nobilissimæ gentis Griphicæ elogiis, non solum jura, privilegia, immunitates, exemptiones, ac beneficia, cum a summis Romanis Pontificibus, tum vero ab ipsis Hierosolymitanis Patriarchis, qui sibi ordine succedebant, & aliis vicissim archiepiscopis, episcopis, Principibus, Dynastis, Baronibus, ac plerisque regni Poloniæ utriusque Status Nobilibus in illud profecta recensentur: verum etiam piarum aliarum Ecclesiarum, jurisdictioni dicti monasterii subjectarum, fundationes, & incrementa, servata diligenti temporum, & annorum ab ipsius exortu, ratione, optima fide repræsentantur: Interjectis non nunquam ad majorem operis ab authore suscepti elucidationem scitu necessariis, maxime de institutis aliorum religiosorum Ordinum adnotationibus. Universi pene status Ordinis Canonicorum SS. Sepulchri Dominici Hierosolymitani Conventus Miechoviensis veritatem perennitatemque in se complectens. Studio & opera *Samuelis Nakielski*, S. Th. D. ejusdem sacri Collegii professi, ad pontem regium Eccl. ac cœnobii S. Hedvigis Crac. Præpositi, nunc primum in lucem edita. Cracoviæ in offic. Francisci Cæsarii. 1634. in fol. pagg. 682. M.

Liber ob paucitatem exemplarium impressorum *summæ raritatis*, ut Freytag ex Illustriss. Comitis Zaluskii conspectu Collectionis Scriptorum Ecclesiasticorum &c. testatur. Insunt operi aliquot diplomata Ludovici I. Hung. Regis, & Elisabethæ illius matris, nec inelegans est dodecastichon Janitii poetæ, quod in mortem Ludovici I. regis cecinit.

NAPRAGI (Demetrii) Ecclesiæ Agriensis, & Orodienfis Præpositi, & DD. *Nicolai Zokolii* de Kisvárdá, & *Michaelis Kelemesfi* vice-Comitis Comitatus Sárus Hungariæ periclitantis Legatorum ad Sereniss. Sigismundum III. Poloniæ &c. regem oratio in Comitibus generalibus Cracoviæ habita. Cracoviæ 1595. in 4. M. *Opusculum etiam in Hungaria perquam rarum.*

NATALIBVS (Petri de) Catalogus Sanctorum, & gestorum eorum ex diversis voluminibus collectus. Lugduni per Jacobum Saccon. 1514. in fol.

Liber Maittairio ignotus, & quem Gesnerus fine anni & loci indicio refert.

NATALIS (Hieronymi) Soc. Jesu Theologi, annotationes, & meditationes in Evangelia, quæ in sacrosancto Missæ sacrificio, toto anno leguntur &c. Antwerp. excudebat Martinus Nutius. 1595. in fol. cum iconibus Hieron. & Antonii *Vierx*, Caroli de *Mallery*, Adriani, & Joan. *Collaert*.

Editio, ut Bauer ex Osmont perhibet, *prima, & rara.*

NAUCLERI (Joan.) Chronicon in duos Tomos distinctum. Coloniae 1564. in fol.

Tubingenfis editio anni 1516. Bunemanno dicitur omnium *prima & incastrata* esse. Nostræ, possessoris causa, hic locumtribuendum putavi, qui Tomi II. thecæ interiori inscripsit responsum *Stephani Bathory*, electi regis ad Polonos. Id ea, qua scriptum est, fide refero. *Non sum in caula, sed homo liber natus, neque ante, quam in has terras veni, mihi victus, & amicus defuit. Libertatem itaque vestram amo, & conservabo. Deo volente per vos in regem vestrum sum electus, vobis instantibus, & postulantibus huc veni, per vos coronâ capiti meo est imposta. Sum igitur rex vester, non pictus, neque fictus: volo regnare, & imperare, nec feram, ut quis mihi imperet: custodes libertatis vestræ estis; non igitur vos volo pædagogos meos fieri. Senatores quoque custodes tales sitis libertatum vestrarum, ne hæc vestra libertas in abusum vertatur.* Thornæ 12. Novemb. anno Domini 1576. Dictamen, quin ipsa adeo manus mihi videntur Kovacsoczii Cancellarii Transilvaniae esse, qui in Comitibus pro eligendo Stephano gravem, elegantemque orationem dixit.

NAUSEÆ (Friderici) Blanicampiani JC. ad inclutissimum, & potentiss. Rom. Imp. Carolum V. semper Aug. pro sedando plebeio in Germania adversus Ecclesiasticum, Equestremque ordinem tumultu, oratio; Viennæ primum excusâ V. Non. Maji a natali Christiano 1525. deinde nuper Ve-

netiis per Laurentium Lorium Portefiensẽ III. Non. Octobr. 1525, in 8.

Scriptum *perrarum*, cujusmodi pleraque Nauseana sunt, quorum ingentem copiam, non tamen omnia, Gesnerus recenset.

NAUSEÆ (Frid.) Designati episcopi Viennensis hortatio ad ineundam in Christiana religione concordiam, ad universos in colloquio Wormatiensi congregatos theologos, & Oratores. Moguntia. 1540. in 4. M.

————— Episcopi Viennensis in Catholicum catechismum Libri VI. Colon. in ædibus Quentelianis. 1543. in fol.

————— De antichristo Libri III. Viennæ Austriae excudebat Egidius Aquila. 1551. in 4.

————— De Domini nostri Jesu Christi, & novissima omnium mortuorum resurrectione Libri III. ibid. apud eund. 1551. in 4.

Prius opus inscriptum est Julio III. Pont. Max. hoc Wolfgango Patavienfi episcopo, quod Osmont raris accenset, ceterorum, ut videtur, Nauseæ opusculorum haud satis gnarus.

NEANDRI (Michael.) aristologia Pindaricæ græco-latina — — cum positione, usu, & accommodatione singulorum. Basil. per Ludovicum Lucium. 1556. in 8.

Liber *perrarus*, ut cetera quoque hujus authoris, Engelio, Schwarzio, Vogtio, Bunemanno &c. testibus, raro obvia sunt.

NEANDRI (Michael.) Erotemata græcæ linguæ cum præfatione Philip. Melanthonis, & nova præfatione ipsius auctoris, de bibliothecis vetustis, temporum injuria vastatis, & consumptis, deque libris deperditis. Basil. per Oporinum. 1565. in 8. Possidemus quoque editionem anni 1576. ibid. in 8.

Utraque editio in catalogo Vogtii, & Engellii dicitur rarissima, & optima.

————— Opus aureum, planeque scholasticum, in quo continentur hæc: *Pythagoræ* carmina aurea, *Phocylidæ* poema admonitorium; *Theognidis* Megarensis poetæ Siculi gnomologia, *Coluthi* Lycopolitæ Thebæi Helenæ raptus, *Tryphiodori* poetæ Aegyptii de Troiæ excidio. Omnia græcolatina conversa simul & exposita. Basil. ex offic. Joan. Oporini. 1559. mense Augusto. in 4.

Exstat quoque apud nos editio Lipsiensis anni 1577. in 4. *Utraque rara est.*

————— Gnomologici græcolatini. Pars I. Ea continet gnomas insigniores sapientum philosophorum, medicorum, historicorum, geographorum, rhetorum, sophistarum, regum, ducum, principum & philologorum, & eorum etiam, quorum nomina ignorantur, descriptas, editas, & expositas. Pars II. continet vero ea: versus selectiores, Sibyllarum oraculorum variorum, quæ non in uno loco orbis, sed diversis petentibus

reddebantur: & poetarum epicorum, elegiographorum, tragicorum, comicorum, jambographorum: senarios etiam insigniores heroicis, & hemistichia heroica eorum, quorum nomina nescimus, & tandem lyricorum. Basil. in 8. sine anni nota.

Commendantur a *raritate* editiones Basileenses annorum 1557. & 1564. in 8. an nostra tempus inter utramque medium occupet, an posteriorem sequatur, non habeo, quod dicam: ab nostra certe abest Luciani dialogus: cui *Somnium*, vel *Gallus*, nomen, qui in editione anni 1557. exstat, ut Bauerus ex catal. biblioth. Feuerlin. memorat.

NEMESIANI (Aurelii) Carthaginensis, & *Titi Calphurnii* Siculi, poetarum eclogæ, decoro diligenter observato, faciliq; sententiarum ubertate amabiles, lectuque dignæ. Tiguri apud Christoph. Froschouerum. 1537. in 8. M.

Editio *rara*. Calphurnii quidem meminit Gesnerus, sed sine Nemesiano. Typus proxime ad Aldinum videtur accedere.

NEPOS (Cornelius) de vitis excellentium Imperatorum a *Georgio Balog* in Hungaricum traductus. Leutschovizæ. 1701. in 12.

Libellus *rarefscens*, cujus mentionem Author *memoriæ Hungarorum* &c. Sopronii quidem editi, sed sine anni indicio mentionem facit.

NEVIZANI (Joan.) Astenfis JC. sylvæ nuptialis Libb. VI. in quibus ex dictis moder. mate-

ria matrimonii, dotium, filiationis, adulterii, originis successione & monitorialium plenissime discutitur. Una cum remediis ad sedandum factiones Guelphorum, & Giebelinorum. Item modus iudicandi, & exequendi iussa Principum. Ad hæc de autoritatibus Doctorum privilegiisque miserabilium personarum &c. Lugd. apud Antonium de Harfy. 1572. in 8.

Freitag memorat editiones Patifinam 1521. in 8. Lugdun. 1524. in 4. & 1556. in 8. Venetam 1570. in 8. rursus Lugdun. anni 1572. in 8. 1592. in 12. anni 1602. in 8. aliasque; & addit: *etsi variae hujus libri exstant editiones — — rarissime tamen hodie inveniuntur.*

ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ Θεϊακα. Ejusd. alexipharmaca: interpretatio innominati authoris intheriaca: commentarii diversorum in alexipharmaca. græce. Coloniae opera Joan. Soteris. 1530. in 4. M. *Liber rarus.*

NICEPHORI (Callisti) filii Xantopuli ecclesiasticæ historiæ Libb. XVIII. in duos Tomos distincti, ac græce nunc primum editi. Adjecta est latina interpretatio Joan. Langi a R. P. Frontone Ducæo Soc. Jesu theologo cum græcis collata & recognita. Paris. apud Sebastianum & Gabriel. Cramoisy. 1630. in fol.

Hanc, ni fallor, editionem biblioth. Menckeniana, & Bauer videntur indicare, non addito tamen, nisi error obrepfit, anni indicio, eamque *raris* inserunt.

NICO-

NICOLAI Abbatis Siculi lectura super quinque libris Decretalium. — Exactum opus hoc videlicet secunda pars decretalium domini Nicolai Siculi, inclytis instrumentis famosisque litterarum characteribus. Castigatum vero habes adeo (quantum humane fragilitati possibile est) ut nihil sit ex omni parte addendum. Idque impressoria arte in Nurembergk civitate imperiali (multum famosa) impressum. Impensis Antonii Koberger inibi civem. Anno a natali Christiano. 1485. die Decembris secundo. Laus Deo. Vol. IV. in fol.

Editionem hanc Joan. Saubertus in append. ad histor. biblioth. Norimb. pag. 155. & ex hoc Maittaire indicat in Tomos III. tributam, & anno 1485. vulgatam. Non videtur Saubertus singulos Tomos rite perlustrasse, alioquin annum quoque 1486. adjecturus erat, quo Pars III. super lib. II. die XI. Martii, & Liber V. die VI. Aprilis prodierunt, adjecto semper in fine eodem, quod supra exscripsi, typographi elogio. Typus est Gothicus magnopere contractus: litteræ initials vel auro, vel minio illitæ &c. In præfat. ad Part. I. Libri II. hæc inter cetera: *Confisus itaque de implorato auxilio ad ipsius honorem, cujus res agitur, ac de piissime ac devotissime Virginis ipsius genitricis Marie gloriosissime, & agathe patrone, ac compatriote mee, & lucie preclarissime sicule, cujus hodie pie vigiliam colimus, non minus Benedicti, cujus a pueritia habitum gero, ad destinati operis perfectionem fidentiori, & feliciori animo condescendo: Hinc Panormitanus alias audit: ex Benedictino archiepiscopus ejusdem loci, ac demum Cardinalis factus.*

NICOLAI Abbatis lectura in Decretales. —
 Abbatis tertia pars secundi decretalium libri Basilice impressa prebet finem. Vol. II. in fol. maj.

Vetus, sed mancum opus, in quo nusquam anni indicium apparet: typus gothicus contractionum plenus: charta spissa & scabra, huius signum est littera D. Romana inversa, quam linea perpendicularis secat in suprema parte geminam crucem referens, alias quoque in ima, ut forte fortuna a typographo folium inversum est. Littera N. majuscula in I. Vol. crebro inversa occurrit, non item in II. Frontem utriusque voluminis ornat icon, quæ Abbatem, circumfistentibus discipulis, in cathedra sedentem exhibet.

———— Alexandrini, medici græci vetustissimi liber de compositione medicamentorum secundum loca. Translatus e græco in latinum a Nicolao Rhegino Calabro: cum annotationibus locorum difficilium Joan. Agricolæ Ammonii. Venet. apud Joannem Farreum & fratres. 1543. in 8. *Liber infrequens.*

———— Philippi commentariorum de regno Christi, vaticiniis Prophetiis, & Apostolicis accommodatorum Libb. II. Francof. apud Johan. Spies. 1597. in 8.

Pleraque hujus authoris scripta biblioth. Solgeriana, & Angeliana inter *raro obvia* referunt.

NICOLAIDIS (Theophili) defensio brevis anonymi cujusdam (*Fausti Socini*) de ecclesia & missione ministrorum tractatus, adversus respon-

sionem *Andrea Miedziboz* ante annos quinque conscripta, nunc autem edita. Racoviæ. 1612. in 8. *Libellus rarior.*

NICOLAI (Niclas) Schiffart und Reis in die Türckey, unnd den Landern die gegen der Sonnen auffgang ligen &c. Gedruckt zu Nürnberg durch Dieterich Gerlatz. 1572. in fol. cum figg.

Prima, ni fallor, ac proin admodum *rara* versio; ex qua conjicias, Gallicam jam multo ante præcessisse, sed ubi, & quo anno nondum, ne quidem in gallicis bibliographis potui reperire.

NICOLI (Nicolai) sermones de cirurgia, & de decoratione. — Explicit sermo Nicolai Nicoli Florentini septimus, & ultimus sermonum noviter impressorum Venetiis inclyto regnante Duce Augustino Barbadico, summo studio ac cura & impensis Bernardini de Tridino de monte Serato completorum anno salutifere incarnationis domini 1.4.9. 1. Mensisque die 8. Octobris. in fol. max.

Librum hunc *rarissimis* adnumero, quod illius nec Maittairius, nec alii apud Bauerum bene multi bibliographi meminere, & Gesnerus generatim ista solum commemoret: *dicuntur non nulla opuscula extare: si modo Nicolaus de Nicolis idem cum nostro authore fit.*

NIDEPONTANI (Joan.) & *Laurentii Friisii* Metensium medicorum, sudoris Anglici exitialis, pestiferique morbi ratio, & cura, præcipiti

calamo conscripta. Argent. in ædibus Joan. Knoblouchi junioris. 1529. in 4.

Opusculum *perrarum* easdem ob causas, quas paulo ante retuli: Gesnero ne nomen quidem primi authoris fuit cognitum.

N I D E R L A N D. Summari verclaerung der billichen ursachen, welche die Stend von disen Niederlanden bezwungen haben, umb sich zur gegenwehr wider den Herrn *Don Johann von Oesterreich* zu verfehen, und zu stellen, mit mehrlay Sendbrieffen &c. Scrutamini. Zu Antorff durch Wilhelm Silvium Kön. Majest. verordneten Büchdrucker. 1577. in 4. M.

Scriptum *valde rarum*. Mantissæ loco adduntur epistolæ variorum, quæ prius argumentum illustrant, hoc titulo: *Hernach folgen die abgeworffene, oder auffgehaltene Brieff, sampt andern in diesem newen ausgang darzu gefugt, von welchen in diser verklarung nach laut der jetzige vermehrung meldung gethan ist.*

N I E R M B E R G I I (Joan. Eusebii) Madritensis ex Soc. Jesu, in Academia regia Madritensi physiologiæ Prof. Historia Naturæ, maxime peregrinæ Libris XVI. distincta. In quibus rarissima naturæ arcana, etiam astronomica, & ignota Indiarum animalia &c. describuntur. Accedunt de miris, & miraculosis naturis in Europa Libb. II. item de iisdem in terra Hebræis promissa Liber unus. Ant-

verp. ex offic. Plantiniana Balthaf. Moreti. 1635.
in fol.

Opus *rarum*, ut catalogus biblioth. Salthenianæ testatur.

NIGER (Franciscus) de modo epistolandi.
— Impressum Venetiis per Joan. Rubeum Vercellensem. 1508. die ultimo mensis Junii. in 4.

Duas editiones hujus opusculi apud bibliographos reperi: unam Deventrianam anni 1501. eamque *rariissimis* accenseri: alteram Cracoviensem anni 1514. hanc quoque, Janotzkio teste, *raram*: Venetæ, quæ nostra est, nusquam legi mentionem fieri. Inscribit Niger libellum *clarissimo viro Jacobo Geroldo Styro Chnitelfeldensi Patavini gymnasii Moderatori excellentissimo*. Styrum gymnasio Patavii præfuisse, quo olim politionum litterarum causa plerique confluerant, non Styriæ modo, sed Germaniæ etiam perhonorificum est.

NIGRINI (Georg.) apocalypsis, die Offenbarung Sanct Johannis des Apostels und Evangelisten in diesen letzten trübseligen Zeiten zum Trost — — verfasst, und sampt den zugethen figuren mit lateinischen, und teutschen versen auff's treulichst und vleissigst erkleret, und ausgelegt. Gedruckt zu Vrfel durch Nicolaum Henricum. 1573. in fol.

Biblioth. Saltheniana editionem Francofurtensem anni 1593. *perraris* adnumerat.

———— Daniel der aller weyffeste, und heiligste Prophet ausgelegt &c. *ibid.* 1574. in fol.

Alterum icidem exemplar habemus Francof. editum 1594. in 4. *Utrumque rarum.*

NIHUSII (Bartoldi) facula in Conradi Hornei gratiam accensa, ambulantis in nocte illic, ubi disputat pro Aristotele de modalibus, estque ea simul apologetici contra antabatom Helmstetensem elucidatio prima. Colon. apud Joan. Kinckium. 1641. in 8.

Scriptum *perrarum*, ut pleraque hujus authoris esse, omnes fere consentiunt.

————— **Irenicus**, seu quaestiones de jurisconsulto illo historicae a juris Pontificii, & Cæsarei collegiis Bononiensibus excussæ quam solidissime, Decembri 1641. Bart. Nihusius procuravit, ediditque, jurisconsultis, & historicis rem fore acceptam persuadens, de antabata autem Helmstetensi Georgio Calixto totus hic triumphans. Colon. 1642. in 8.

————— **Wecker für die Hertzogthümbe Braunschweig und Lüneburg**, wie dann auch zugleich für alle andere Lutherische, welche Georgium Calixtum Professorn zu Helmstat kennen &c. *ibid.* 1643. in 8.

————— **Anticriticus de fabrica crucis Dominicæ**, incertam Georgii Calixti Critici Helmstetensis opinionem esse indicans. *ibid.* 1644. in 8.

————— **Missive von der Tauffe Johannis**

wider Georg Calixtum, und Brandanum Dætrium. Mogunt. per Nicol. Heyll. 1644. in 8.

NIHVSI (Bartoldi) Ad Leonis Allatii Dissertationem epistolicam annotatio de communione Græcorum sub una specie contra Georg. Calixtum. Accedit testimonium *Abrahami Ecchelen-*sis Maronitæ, functionem solius panis Eucharistici usitatam itidem esse Christianis orientalibus ceteris. *ibid.* 1644. in 8.

————— Telescopium donatum in Germania genti Saxonum, ut utantur in fidei, ac religionis negotio. Mogunt. 1645. in 8.

————— De cruce epistola ad Thomam Bartholinum. Est anticritici anno 1644. vulgati prosequutio. Colon. apud Jodoc. Kalcovium. 1647. in 8.

————— Hypodigma, quo diluuntur non nulla contra Catholicos disputata in Cornelii Martini tractatu de analysi Logica, impertitum ejus libelli commendatoribus, Georgio Calixto, & Conrado Horneo, ceterisque. *ibid.* 1648. in 8.

NILI episcopi & martyris capita, seu præceptiones de vita pie, Christiane, ac honeste exigenda, a Michaele Neandro Soraviense conversæ, & expositæ. græc. & lat. Basil. per Oporinum. 1559. in 4. *Libellus raro obuius.*

NINGUARDA (Feliciani a Morbinio) Ord. Prædicatorum assertio fidei Catholicæ adversus articulos utriusque confessionis fidei *Annæ Burgensis*, Juris Doctoris, & in Academia Aurelianensi olim Professoris, ac postremo Parlamenti Parisini Senatoris, quam ipse eidem Parlamento obtulit, cum propter hæresim diu in carcere inclusus, paucis post diebus ad supplicium esset deducendus. Nec non adversus pleraque id genus alia: præterea contra ejusdem mortis historiam, quæ *martyrium* inscribitur, Lutetiæ editam, deque hæreticorum miraculis specialis additur articulus. Venet. apud Dominicum Nicolinum. 1563. in 4.

Liber *rarus*, & Gesnero præteritus, ut ederetur, suo judicio probarunt Cardinales Legati, & Præsidentes Concilii Tridentini, Hercules de Mantua, Hieronym. Seripandus, & Stanislaus Hofius, litteris ad auctorem Tridento datis die XIX. Decemb. 1562.

NIPHI (Augustini) opuscula moralia, & politica, cum Gabrielis Naudæi de eodem auctore judicio. Parisiis. 1645. in 4.

Librum *rarioribus* accensent Vogt, & biblioth. Solgeriana.

NITHARDI (Joan. Everardi) Soc. Jesu examen juridicum quatuor præpositionum quorundam auctorum anonymorum adversantium bullæ Alexandri VII. in favorem immaculatæ conceptionis Dei Matris. Madriti apud Didacum Diaz a Camera. 1665 in 4.

Opus apud nos rarissime obuium: Authorem Sotvillus sub nomine *Nidardi* recenset. Erat is Austriacus Falckensteinensis, Mariæ Annæ Ferdinandi III. filiæ, & reginæ Hispaniarum, ut ei a confessionibus esset, datus, postea S. R. E. Cardinalis creatus.

NITRI (Mauritii) Raggvaglio dell' ultime guerre di *Transsilvania* & *Ungaria*, trà l'Imperatore *Leopoldo I.* il gran Signore de Turchi *Ehmet IV.* Giorgio *Rakoczi*, & altri successivi Principi di *Transsilvania*, del Conte Mauritio Nitri Abbate di Noires: dedicato all' Altezza serenissima di Enrietta Adelaide Elettrice e Duchessa di Baviera, nata Prencipessa Reale di Savoia. Venet. per Franc. Valvasensem. 1666. in 4.

Opusculum rarum, & non plurimis in Hungaria cognitum. Quam autem parum auctori huic fidendum sit, satis declarant: *Observationi sopra il Raggvaglio dell' ultime guerre di Transsilvania & Ungheria dell' Abbate di Noires: a Simone Reniger, Legationis in Turciam secretario, quantum puto, conscriptæ, & in nostra bibliotheca MSS. asservatæ.*

NONII Marcelli peripatetici Tiburticensis compendiosa doctrina ad filium de proprietate sermo- num. Impressa Venetiis. 1483. in fol.

Maittairius duas editiones ad hunc annum memorat, Brixientem, & Venetam: hanc per Octavianum Scotum IV. Non. Septembr. cui Pomp. Festus, & Varro de lingu. lat. & analog. iuncti sint. Nostrum igitur exemplar ab hoc distinctum est, quod Inuspian Octaviani Scoti meminit, desunt etiam Pomp. Festus, & Varro.

NONII (Petri) Salaciensis opera, quæ complectuntur primum duos libros, in quorum priore tractantur pulcherrima problemata: in altero traduntur ex mathematicis disciplinis regulæ & instrumenta artis navigandi, quibus varia rerum astronomicarum *φαινόμενα* circa cœlestium corporum motus explorare possumus. Deinde annotationes in Aristotelis problema mechanicum de motu navigii ex remis. Postremo annotationes in Planetarum Theoricis Georgii Purbachii, quibus multa hætenus perperam intellecta, ab aliisque præterita exponuntur. Basil. ex offic. Henricpetrina. 1566. mense Septembri. in fol.

Bauer ex biblioth. Sarraziana editionem Basileensem anni 1592. *raris* accenset.

NONNI Pantopolitani translatio vel paraphrasis S. Evangelii secundum Joannem heroico græco conscripta, cum versione latina e regione ad verbum expressa *Erhardo Hedenecio* Doctore Medico interprete. Basil. ex offic. Petri Pernæ. 1571. in 8.

Catalogus biblioth. Engelianæ laudat a *raritate* editiones Parisinas annorum 1561. in 4. & 1578. in 8. cui adjuncti sunt centones Homerici, & Probæ Falconis: hanc itidem, sed mutilam possidemus.

NOOT (Jan van der) de poetische Werken. T' Antwerpen by Daniel Vervliet. 1589. in fol. M.

Opus apud nos *haud facile obuium* non solius authoris, sed aliorum quoque carmina belgico, Gallico, Italico, & latino idiomate conscripta exhibet, quibus plerumque commentarii in morem dialogi, Hispano, Italico, & Gallico sermone exarati subnectuntur. Folium ordine quartum Authoris protomam repræsentat, cui nomine cujusvis Musæ hexametrum subscriptum est.


NOVARINI (Aloysii) schediasmata sacro-profana: hoc est, observationes antiquis Christianorum, hebræorum, aliarumque gentium ritibus in lucem eruendis, aliquot sacræ scripturæ, sanctorum Patrum, aliorumque scriptorum locis illustrandis. Lugduni. 1635. in fol.

Notam *raritatis* habet in catalogo biblioth. Salthenianæ.

NOVUS orbis regionum, ac insularum veteribus incognitarum, una cum tabula cosmographica &c. Basileæ apud Joannem Hervagium mense Martio. 1532. in fol.

Bauerus ex biblioth. Saltheniana editionem Parisinam ejusdem anni in fol. *valde raris* adnumerat, cum tamen nostræ Basileensi hæc nota magis tribuenda fuerit, quæ mense Martio, Parisina autem VIII. Calend. Novembris, ut Maittairius testatur, prodierit, ad normam Basileensis probabiliter exscripta. Biblioth. nostra geminum exemplar possidet, sed ab utroque tabula cosmographica abest. Cum liber non sit maxime apud nos vulgatus, libet mihi scriptorum, quos continet, seriem hic attexere. Sunt autem hoc ordine. Præfatio Simonis *Grynæi* ad Collimitium: in tabulam cosmographiæ introductio per Sebastianum *Münste-*

rum, qui in Parisina editione, ut Maittairius habet, corrupte expressus est *Munasterus*: *Aloyfii Cadamusti* navigatio ad terras ignotas Archangelo Madrignano interprete: *Christoph. Columbi* navigatio ex jussu Hisp. regis ad multas insulas hactenus incognitas, eodem interprete. *Petri Alonfi* navigatio eodem interprete: *Pinzoni* navigatio, eodem interprete: *Alberici Vesputii* navigationum epitome: *Petri Alearis* navigationis, & epistolarum quorundam mercatorum opusculum: *Josephi* Indi navigationes: *Americi Vesputii* navigationes: *Emmanuelis* regis Portugalliae epistola ad Leonem X. Pont. Max. de victoriis habitis in India, & Malacca &c. *Ludovici Romani Patritii* navigationum Aethyopiae, Aegypti, utriusque Arabiae, Persidis, Syriae, Indiae intra & extra Gangem Libb. VII. Madrignano interprete: *Fr. Brocardi* monachi locorum terrae sanctae exactissima descriptio: *M. Pauli Veneti* de regionibus orientalibus libri III. *Haithoni Armeni* de Tartaris liber XIV. *Mathi. a Michov* de Sarmatia Asiana, atque Europaea Libb. II. *Pauli Jovii* de Moscovitarum legatione liber: *Petri Martyris* de insulis nuper repertis liber XVII. & *Erasmi Stellae* de Borussiae antiquitatibus libb. II.



O.

OBSEQUENTIS (Julii) prodigiorum liber. Vid. *Plinii Secundi* de viris illustribus.

OCELLUS Lucanus. Vid. supra *Lucanus*.

ODDI (Marci) de componendis medicamentis, & aliorum dijudicandis methodus exactissima. Cui

accessit discursus circa Thæriacam, & alter circa Turbith. Patavii apud Paul. Meittum. 1583. in 4. *Liber infrequens.*

ODERBORNII (Pauli) Joannis Basilidis magni Moscoviæ Ducis vita, tribus libris conscripta, Caunæ Lithuanorum. 1585. in 8.

Bibliotheca Feuerliniana editionem Vittebergensem ejusdem anni, quam ipse possideo, inter *rarissimas* locat.

ODI de Odis Patavini Physici, & medici de cœnæ, & prandii portione libb. II. Venet. in ædibus Guiliel. de Fontaneto. 1532. in 8. *Liber parum obvius.*

OECOLAMPADII (Joan.) de gaudio resurrectionis sermo, in quo de mysterio tridui contra sophistas: item alius in verba Thomæ: *Dominus meus, & Deus meus*: in quo de vera paupertate: item de sacramento Eucharistiæ sermo. Basil. in ædibus Cratandri. 1521. in 4.

Scripta Oecolampadii pleraque apud nos *raro obvia* sunt.

————— In Jesaiam prophetam hypomnematon, hoc est, commentariorum libb. VI. Excudebat Joannes Soter. 1525. in 4.

————— De genuina verborum Domini: *hoc est corpus meum*: juxta vetustissimos auctores expositione liber. Basil. 1525. in 8.

Initium hoc est: *excitarunt quidem me torpescen-
tem, nihilque tale cogitantem, & amici, & adversa-
rii, & quantum illi blande, tantum hi importune,
ut ea, quæ publice de eucharistia pridem asserueram,
chartis quoque commendarem.* Id occasionem Joanni
Roffensi episcopo præbuit, ut Oecolampadii doctrinam
peculiari opere refelleret, ut supra in articulo *Joan-
nis Roffensis* memoratum est.

OECOLAMPADII (Joan.) In Daniele[m] pro-
phetam libb. II. omnigena, & abstrusiore' cum he-
bræorum, tum græcorum scriptorum doctrina re-
fertur. Basil. apud Joan. Bebel. 1530. in 4.

———— In librum Job exegemata: [eru-
ditum sane opus, ac omnibus divinæ scripturæ
studiosis utile. ibid. apud Henr. Petri. 1532. in 4.

———— In prophetam Ezechielem com-
mentarius, per Wolfgangum Capitonem æditus.
De obitu Oecolampadii epistola Grynæi; de vita
ejus Wolfg. Capito. Argent. apud Matthiam Apia-
rium. 1534. in 4.

OETTINGER (Joan.) Fürstl. Württembergi-
schen geographi — — historische' beschreibung
der fürstl. Hochzeit, und — — Beylagers, so
der durchleuchtig &c. Fürst und Herr Johan Frid-
rich Hertzog zu Württemberg &c. mit der auch
durchleuchtigen — — Fürstin und Frewlin Bar-
bara Sophia Marggrävin zu Brandenburg &c. an-
no 1609. den 6. Novemb. — — gehalten hat.

Darinnen alle Fürsten; Fürstine &c. verzeichnet, darzu alle dabey gehaltene Ritterspihl, Ringrennen, Tutnier, Auffzüg &c. beschriben, und mit Kupferstichen abgebildet werden. Stutgardia. 1610. in fol. M. *Liber rarus.*

OGERII* (Simonis) Audomoropolitæ J. V. D. Symbola. Duaci typis Joan. Bogardi. 1601. in 8. *Editio rara.*

OKOLYCZWA I (Joan.) Tripartiti operis juriū consuetudinariū regni Hungariæ compendium rhythmis vulgaribus editum. Leutschovia typis Laureotii Breueri. 1648. in 12. *Libellus admodum raro in ipsa Hungaria obuius.*

OKOLSKI (Simonis) ord. Prædicat. orbis Polonus, splendoribus cœli, triumphis mundi, pulchritudine animantium, decore aquatiliū, naturæ excellentia reptiliū condecoratus, in quo antiqua Sarmatarum gentilitia, peruetustæ Nobilitatis Polonæ Insignia, vetera, & nova Indigenatus meritorum præmia, & arma specificantur, & relucet. Cracoviæ in offic. typogr. Francisci Cæsarii, 1641. — 1645. Tom. III. in fol.

Opus, ut Vogt, & Bauer ex Janozkio testantur, *longe rarissimum*, &, ut Los Rios testatur, libris Gallicanis 76. æstimatum.

OLDOVINI (Gregorii) Cremonensis, de primordio, felicique successu Urbis Venetæ opu-

sculum elegiaco carmine exaratum Adriacis juvenibus studiosis, cæterisque aliis Musarum amatoribus. Libri III. urbis Venetæ: Libri quattuor Elegiarum: Libri III. Epigrammatum. Auspice Christo, Divoque Leone. Impressum Venetiis per Franciscum Marcolinum, cum gratia & privilegio, mensis (sic) November. 1551. in 8.

Liber apud nos *perrarus*: Gesnerus illum non recte sub nomine *Georgii* recenset, ut non solum ex libri titulo, sed etiam ex Francisci Perficelli bende-casyllabo patet:

Seu te Gregorium jubes vocari

— — —
Seu Cræchoreus es &c.

OLIVI (Joan.) de reconditis, & præcipuis collectaneis ab honestissimo, & solertiss. Francisco Calceolario Veronensi in Musæo adservatis testificatio. Veronæ apud Hieron. Discipulum. 1593. in 4.

Libellus *rarus*, qui serius postea occaso fuit, ut Andreas Chioccus id Museum auctius, ac tabulis æneis illustratum Veronæ 1622. ederet.

OPMERI (Petri) opus chronologicum orbis universi &c. Vide *Beyerlinck*.

OPPIANI de venatione libb. IV. Joanne Boddino Andegavensi interprete, ad D. Gabrielem Boverium Andium episcopum. His accessit commentarius multiplex ejusdem interpretis. Lutetiæ apud Michael. Vascosanum. 1555. in 4.

Liber

Liber teste Engelio *admodum rarus*. Prædiit eodem anno apud Adrianum Turnebium græce, & apud Gu-liel. Morelum cum interpretatione latina.

OPPOLITANI (Joan.) monumentum viri Prin-cipis Nicolai Comitis a Salmo. Viennæ Austriæ excud. Egidius Aquila. 1551. in 4. M.

Oratio *rara*: inscripta est Wolfgango Comiti a Salmo Antistiti Patavinæ Ecclesiæ. Exemplar meum author Paulo Bornemissa Episcopo Vesprimiensi inscripserat. In fine additur epitaphium hexasticho conclu-sum. Erat Nicolaus de Hungaria præclare meritus, cujus posterî præcipuis regni nostri familiis implexi fuere, ut in articulo *Granutius* indicavi.

———— Duo panegyrici. Viennæ Austr. excudebat Egidius Aquila. 1550. in 4. M.

Liber *rarus*: panegyrici heroico versu in laudem Sigism. Herberstein conscripti sunt, quibus in fine ad varios varii generis carmina adnectuntur. Præfatio ad Joan. Hoffman L. B. in Grienpuhl &c. proluxa admo-dum est, & locum tertii panegyrici occupare potest. Omnibus his præmittuntur Antonii, & Michaelis Ve-ranciorum Dalmatarum versus elegantes in laudem operis.

ORANGES. La Justification du Prince d'Oran-ges, contre les faulx blasmes, que ses calumnia-teurs. taschent à luy imposer à tort. Imprimé au moys d' Apuril (sic) Anno 1568. in 8. *Libellus perrarus*.

ORATIO in Imperiali conventu Bormaciensi coram divo Carolo Cæs. ac principibus totius Im-

perii die tertia Aprilis 1521. per inclyti regis Hungariae, ac Bohemiae &c. oratores habita. Item decretum in causa Lutheriana a divo Carolo Cæs. in eodem Bormaciensi conventu coram cœtu Principum ejusdem Imperii tam gallice, quam latine subnexum. Rursus ad eundem divum Carolum aliquot eorundem Oratorum epigrammata. in 4.

Scriptum *rarissimum*, in cujus fine Insignia Hungariae visuntur. Typus, & charta suadent apud Singrenium Viennæ editum esse. Inserui orationem cum epigrammatis Par. V. annal. Regum Hung. Oratores fuere Gregorius de Frangepan archiep. Colocen. Ladislaus Sternbergius Bohem. Cancellarius, & Hieron. Balbus Præpositus Pofonienfis, auxilia adversus Turcas rogatum. Eadem de causa sequente anno Norimbergam concessere, Ladislaus de Macedonia electus episc. Syrmienfis Petrus Korláthkó Magister Curia regiae, Stephanus de Werbewcz in Judiciis locum tenens, & Sigismundus Pagán de Cheh.

ORATIONES Viennæ Austriae ad Divum Maximilianum Cæs. Aug. aliosque illustriß. Principes habitæ in celeberrimo trium regum ad Cæsarem conventu anno MDXV. Impressum Viennæ Pannonia per Hieron. Vietorem expensis vero Leonardi & Luce Alantsee fratrum, mense Januarii, anno 1516. in 4.

Collectio *admodum rara*. Orationes sunt universæ XXII. Ex his ad Hungaros dictæ sunt quinque. Ad Wladislaum regem Hung. ejusque liberos, Ludovicum, & Annam ab *Andrea Misbegio* Franco orientali VIII.

Cal. Aug. Ad Principem Mariam archiducem Austriae, & sponsam Ludovico regi designatam a *Sebastiano Bunderlio*. Ad Thomam Bakocz Tit. S. Martini in montibus S. R. E. presbyt. Card. Strigoniensem, Patriarcham CP. &c. a *Ludovico Restione Vardingano*. Ad Gregorium de Frangepanibus archiep. Colocensem a *Leonardo Coturnino*. Denique ad Georgium Szakmary Episc. Quinque - Ecclesien. & regni Cancellarium a *Joanne Kresling* Budensi.

ORBARA (Joan. de) natione Hispani, & civitatis Nicosiæ in insula Siciliae Gubernatoris epistola ad SS. Paulum V. Pont. Max. ad omnes Principes, & populos Christianos. Et potissimum ad Sacerdotes, & Religiosos. Qua ostenditur testimoniis vet. & novi Testamenti noviter nunc explicatis, ventura esse tempora, in quibus sacerdotes & religiosi Christi arma ferrea contra infideles suscipiant, ut eos de superficie terræ penitus deleant. Et quia tempora ipsa adesse probatur, proponitur ad id exequendum forma quædam militandi ferro, adeo ordinata, ut perfectissimi religiosorum possint sub ea militare, & bonos suos mores conservare. Panormi apud Joan. Antonium de Francis Impresorem Cameralem. 1611. in 8.

Liber *admodum rarus* duabus partibus constat. I. quæ ex XXV. capp. conflata est, versatur in arbitraria interpretatione S. Scripturæ locorum, qui de militia agunt. II. capp. 3. absolvitur, in qua militandi normam Religionis præscribit. Huc omnis molitio authoris evadit. Primum 400. qui probis mo-

ribus ante alios sint, ex omnibus ordinibus feligantur: his amictu honesto, & pugna idoneo vestitis arma, quibus se quotidie exercent, præbeantur; quia vero ut plurimum mari pugnandum erit, remigationi mature ita assuescant, ut ad singulos remos in Sexquiremi terni, idque tribus horis assideant: tentoria quoque ne defint, quibus, ubi exscensionem fecerint, ad capiendam salubrem auram utantur: obstricti sint votis, ut alias, paupertatis, castitatis, & obedientiæ; profani ne admittantur, nisi perpauci; spolia servabuntur in usum communem. Ita Sexquiremi una instructa succedet altera, & sic deinceps, quoad fere integer exercitus conslerur; denique stationem fixam, ex qua in hostem possint procurrere, habeant in deserta insula Lustrica, quæ inter Panormum, & Neapolim media jacet; hæc eorum, aut illorum, qui in ea confidere volent, opera excolatur, ita futurum, ut aliena stipe non egeant. Hæc ille; sub ardente, ut viderur, cælo natus.

ORIBASTII Sardiani commentaria in aphorismos Hippocratis. Basil. 1535. in 8. min.

Notam *raritatis* habet in catalogo biblioth. Salthe-nianæ.

————— Synopses ad Eusthatium filium Libb. IX. Jo. Bapt. Rosario interprete. Venet. apud Paulum Manutium Aldi filium. 1554. in 8. *Liber rarus, & Maittaivio ignotus.*

————— Collectorum medicinalium Libb. XVII. qui ex magno LXX. librorum volumine ad nostram ætatem foli pervenerunt. ibid. apud eund. in 8. sine anno.

ORIBASII Ad Eunapium Libb. IV. quibus facile parabilia medicamenta, facultates simplicium, morborum, & locorum affectorum curationes continentur. Venet. ex offic. Erasmiiana Vincentii Valgriffii. 1558. in 8. *Utraque editio infrequens.*

ORICHOVII (Stanislai) de *Stancari* funesta secta liber. 1562. in 4. sine loci indicio. *Scriptum perrarum.*

————— gente Roxolani, natione vero Poloni in Warzaviensi Synodo provinciæ Poloniae pro dignitate sacerdotali oratio. Cracoviæ. 1561. in 8.

Oratio *in signis raritatis*. Excusat se in hac prolixè, quod post initum sacerdotium erroribus sectariorum implicitus uxorem duxerit, & facti sui veniam ab Synodo implorat.

OROSII (Pauli) Historiarum ad Aurelium Augustinum libri VII. — Impressi Venetiis opera & expensis Octaviani Scoti Modœtensis. 1483. tertio Kal. Sextilis, Joanne Mocenico inclito Venetiarum Duce, in fol. *Editio perrara.*

ORPHEI poetarum vetustissimi argonauticon, opus græcum cum interpretatione latina incerti authoris recens addita. Basil. in ædibus Andr. Crærandri. 1523. in 4. M.

Editio *rara*, & ab Harvoodo prætermissa.

————— Antiquissimus & optimus poemata de lapidibus nunc demum Latio donatus Hannardo

Gamberio interprete. Leodii ex offic. Gualteri Morberii. 1578. in 8. *Liber infrequens.*

ORTELI (Abrah.) Theatrum orbis terrarum. Antverp. apud Christoph. Plantinum. 1579. in fol. M. *Editio rara.*

————— Theatro del mondo nel quale distintamente si dimostrano in Tavole, tutte le provincie, regni, & paesi del Mondo &c. Venetia. Appresso il Turrini. 1655. in 8. min. M. *Versio rara.*

ORTHI (Zachariæ) historia Romanorum, & græcorum Imperatorum. Witebergæ. 1576. in 4. *Liber rarus.*

ORTHODOXOGRAPHIA. Vide supra *Heroldus.*

OSIANDRI (Andreæ) harmoniæ evangelicæ libri IV. græc. & lat. Item annotationum Liber I. Elenchus harmoniæ. Basil. apud Hieron. Frobenium, & Nicol. Episcopium. 1537. in fol.

Liber, teste Vogtio, *insigniter rarus.*

————— Lucæ, Theologiæ Doctoris. Antisturmius unus. Tubingæ excudebat Georg. Gruppenbachius. 1579. in 4.

————— Antisturmius alter. Prov. 26. Responde stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. ibid. apud eund. 1580. in 4.

Utrumque scriptum *minus obuium*. Huc pertinet Papi defensio triplex uno volumine anno 1580. edita, quam itidem possidemus.

OSORII (Hieron.) Lusitani, Silvensis in Algarbia episcopi, de nobilitate civili Libb. III. Ejusd. de nobilitate Christiana Libb. III. ad Ludovicum Principem clariss. Emmanuelis Lusitaniæ regis F. Florentiæ apud Laurent. Torrentinum, 1552. in 4.

Editio *rara*, quam Notam omnia hujus authoris opera habent.

———— De regis institutione, & disciplina Libri VIII. Colon. 1574. in 8.

Exstat quoque apud nos altera editio Coloniensis, anni 1582. in 8.

———— De rebus Emmanuelis Lusitaniæ regis Libri XII. Colon. in offic. Birckmanica, sumptibus Arnoldi Mylli, 1586. in 8.

Habemus itidem alterum exemplar ibid. 1597. in 8. editum.

OTROCOTSI (Franc. Foris) Examen reformationis Lutheri, & sociorum ejus, Tirnaviæ. 1696. in 8.

Libellus valde *rarefcens*, quo sibi author adversarium in Anglia conscivit, ut in articulo *Woodroffe* dicetur.

OTTONIS Phrisingenfis episcopi, viri clariss. rerum ab origine mundi ad ipsius usque tempora

gestarum libb. VIII. Ejusd. de gestis Friderici I. Aenobarbi Cæs. Aug. Libb. II. *Radevici* Phrisingensis ecclesiæ Canonici libb. II. prioribus additi de ejusd. Friderici Imp. gestis. Argentorati ex ædibus Matthiæ Schurerii, mense Martio. 1515. Ductu Leonardi, & Lucæ Alantsee fratrum. Regnante Imperatore Cæs. Maximiliano P. F. Aug. P.P. in fol. M.

Editio *prima*, & *rarissima*. Frontispicium ornat icon, quæ, in suprema parte Maximilianum ornatu Imperiali amictum, & throno infidentem exhibet: infra quem aquila biceps cum græca perigraphe: Τ Ο Τ Γ Α Ρ Κ Ρ Α Τ Ο Σ Ε Σ Τ Ι Μ Ε Γ Ι Σ Τ Ο Ν. Circum hanc, & ex utroque frontispicii latere Insignia regnorum, & provinciarum, quæ hereditario jure ad Domum Austriacam pertinent, visuntur. Pone duo armigeri: is, qui intuentibus dextrorsum est, in ramosa pertica litteras G V. inter se complexas refert, quæ forte nomen celatoris indicant. In ima parte majusculis Romanis litteris hæc inscriptio: *Imp. Cæs. Maximiliano, P. F. Aug. Patri Patriæ. Libertatisque Adsertori. Beat. Rhenanus. F. C.* Titulum excipit Imp. privilegium ad sexennium: tum sequitur epistola Joan. Cuspiniani ad Jac. de Bannifis Imp. Secretarium ex Vienna Pannoniæ die I. Martii 1514. data, qua testatur, se Codicem MS. Ottonis in Cænobio Viennensi Scotorum reperisse; abhinc Fratris Benedicti Chelidonii Norici ad Scotos Monachi versus elegi ad eundem Bannifium, & Lectorem.

OVIDII P. Nafonis metamorphosis cum luculentissimis, Raphaelis Regii enarrationibus, quibus

cum alia quædam ascripta sunt, quæ in exemplaribus antea impressis non inveniuntur, tum eorum apologia, quæ fuerant a quibusdam repræhensa. Venet. per Joan. Thacuinum de Tridino. 1513. cum figg. in fol.

Catalogus biblioth. Engelianæ Lugdunensem editionem hujus anni in fol. *raritate* commendat: nostram Regius nuncupavit *Philippo Gyulano* (Gyulai) *majori Agriensis ecclesiæ Præposito*, ab *Ungariæ rege ad Venetiarum Principem oratori*, Causam nuncupationis in hæc verba reddit: *Hanc vero lucubrationem, atque recognitionem nostram ut tibi dicarem, tuoque acerrimo judicio subjicerem, cum aliæ divinx virtutes tuæ, tum excellens doctrina, & summus litterarum, ac eloquentiæ in primis amor effecit. Ea namque a teneris usque annis laudatarum artium jecisti fundamenta, ita Bononiæ te. Philippo Beroaldo, eruditissimo, facundissimoque humaniorum studiorum professori excolendum tradidisti, ut in primis doctus ac disertus in patriam repedaris. Id vero cum sapientissimus Pannoniorum rex Wladislaus facile animadvertisset, simulque te singulari & prudentia, & fide, & conscientia, & integritate, & continentia, & benignitate, & pietate, & religione præditum esse perspexisset, primum a secretis delegit, deinde opulentissima Præpositura honoravit, & ad inclytum Venetiarum Principem, gravissimumque Senatum te oratorem sæpius jam legavit &c. Vale eximium humanitatis, & religionis Christianæ ornamentum. Venetiis VIII. Kal. Junias. M. D. XIII.* Quibus laudibus hunc Gyulaium Beroaldus ornavit in præfatione ad Ciceronis Tusculanas quæstiones, jam supra memoravi.

OVIDII P. Nafonis metamorphoseon libri XV. Lugduni apud Davost. 1510. in 4. *Editio rara.*


————— Metamorphoseon libb. XV. cum Raphaelis Regii enarrationibus. — Impressum fuit hoc opus Mli (Mediolani) per Jo. Angelum Scinzenzeler. 1517. XXVIII. mensis Julii. cum figg. in fol.


Maittairius Venetam editionem hujus anni, non item hanc nostram recenset:

————— Liber heroidum epistolarum. Liber Saphus. Liber in Ibin. Cum expositione familiari Antonii Volscii Uberimi Clerici Crescentinatis, Domitii Calderini, & Jodoci Badii, singularem interpretum. — Impressum fuit hoc opus Mediolani per Joan. Angelum Scinzenzeler ad impensas Joan. Jac. & fratrum de Legnano. 1517. die XIII. Dec. cum figg. in fol.

————— Poema de Tristibus cum Bartholom. Merulæ doctiss. commentationibus. Impressit Mediolani vir diligentissimus, & industrius Augustinus de Vicomercato ad instantiam Joan. Jac. & fratrum de Legnano. 1520. die 5. Julii. in fol.

Utraque editio *rara*, & Maittairio ignota.





P.

PADERBORNENSIA monumenta Ferdinandi de Fürstenberg, ex historia Romana, Francica, & Saxonica eruta &c. Paderbornæ 1669. in 4.

Bauer editiones Amsterodamensem ann. 1672. & Lipsiensem 1713. in 4. ex biblioth. Solgeriana, & Feuerlini a *paritate* laudat.

PADUANI (Joan.) Veronensis viridarium mathematicorum, in quo omnia fere, quæ in rebus astronomicis desiderari possunt, facillime pertractantur. Adjecta sunt etiam instrumenta non nulla ab eo nuper excogitata, quibus brevissime omnia assequuntur, quæ magno labore, atque assiduis supputationibus per astronomicas tabulas, ac astrolabio, aliisque instrumentis antea habebantur. Venet. 1563. id 4. *Liber non passim obvius.*

PALÆPHATI græci authoris libellus, quo aliquot veteres fabulæ, unde tractæ sint, narratur, studiosis hominibus apprime utilis. Impresum Viennæ Pannoniæ opera Hieron. Victoris, & Joan. Singrenii calcographorum. Impensis vero Leonardi, & Lucæ Alantsee fratrum bibliopolarum. Civium Viennensium, pridie Idus Septembris. 1514. Regnante Maximiliano P.F. Aug. in 4.

Liber *rarus*: latinum e græco fecit Angelus Cofpus, & Georgio epifcopo Vienneni dicavit. Ad calcem fubjungit Joannes Camers in Palæphatum epigramma, ex quo conficias, hanc primam verfionem effe, id fequitur aliud Joach. Vadiani in idiotam vatum detractorem. Ante hæc autem typographus monet lectorem, *quæpiam in hoc libello authoris promiffio non refpondere, veluti funt, Orionis, Marfyæ, Daphnes, Hyacinthi, & Phaonis narrationes, quæ diverfam faciem ab operis argumento habere videntur.*

PALEARII (Aonii) epiftolarum libri IV. orationes XII. de animorum immortalitate libri III. Bafil. in 8. fine anno.

Editio *rara*. Apud Bauerum forte typi errore irrefperant orationes XIV.

PALLAVICINI (Ferrantis) Baccinata o vero Battarella per le Api Barberine in occasione della Mofsa delle armi di N. S. Papa Urbano otta-vo contro Parma. All' illuftriff. e Reverend. Monfignor Vitellio Nunzio di fua Santità in Venetia. Nella ftamperia di Pasquino a fpefe di Marforio. 1644. in 12.

———— Dialogo molto curiofo e degno tra due gentilhuomini Acanzi, ciò è Soldati voluntarii dell' Altezze fereniffime di Modona e Parma. Sopra la guerra, che detti Prencipi fanno contra il Papa. In cui con ogni verità toccanfi le cofe di detta guerra. Su la fine leggefì anco un breve difcorfo fatto da Pasquino à Papa Urbano VIII. in 12. fine anno & l.

PALLAVICINI (Ferr.) La disgratia del Conte d' Olivarez. in 12. sine l. & anno.

Pleraque hujus authoris scripta, præcipue autem, quæ nunc recensui, severissime in Italia, ut omnino merentur, prohibita sunt; hinc eorum *insignis raritas*.

PALLAVICINI (Hortensii) Soc. J. Austriaci Cæsares, Mariæ Annæ Austriacæ, potentissimæ Hispaniarum reginæ in dotale auspiciū exhibiti. Mediolani 1649. ex typogr. Ludov. Mantix ad plateam mercatorum. in 4. M. *Editio rara*,

PANCIROLI (Guidonis) rerum memorabilium Libri II. quorum prior *deperditarum*, posterior *inventarum* est, cum annotationibus Henrici Salmuth. Ambergæ 1607. — 1608. in 8. M. *Liber rarus*.

PANDULPHI (Alphonfi) episcopi Comacensis disputationes de fine mundi, in quibus, quæcunque a variis philosophorum sectis in hoc argumento naturali lumine sunt constituta, refelluntur: Evangelica, propheticaque doctrina unice recipitur, & propugnatur. Opus posthumum omnigena eruditione refertissimum. Bononiæ ex typographia Ferroniana. 1658. in fol. *Opus rarum*.

PANICAROLÆ (Franc.) ecclesiæ Hastensis episcopi, disceptationes Calvinicæ, a Joanne Tonso Mediolanensi Patricio in latinum conversæ

Mediol. ex typogr. Pacifici Pontii. 1594. in 4.
Editio raro obvia.

PANNIZZÆ (Ludov.) Mantuani de venæ
sectione in inflammationibus quibuscunque fluxione
genitis, per sanguinis missionem curandis. Venet.
apud Joan. Franc. Camocium ad signum Pirami-
dis. 1561. in fol.

————— Apologia commentarii olim æditi
de parca evacuatione in gravium morborum prin-
cipiis. ibid. 1561. in fol. *Utrumque opus infre-
quens.*

PANNONIÆ luctus, quo Principum aliquot,
& insignium virorum mortes, alii que funesti ca-
sus deplorantur. Hieron. Vietor Cracoviæ excude-
bat. 1544. in 8. M.

Libellus *rarissimus*. Collector ex ipsa argumenti œ-
conomia videtur fuisse Hungarus. Dicat opusculum
*reverenda virtute, & dignitate viro D. Alberto Pe-
reg, Quinque ecclesiarum Præposito, inclyti Roma-
norum regis in Hungaria Consiliario, & Quæstori
summo*. Præter variorum elegos tam latinos, quam
græcos cultissimos, ex quibus opusculum coalescit,
adduntur in fine Leonis P. X. & Caroli V. Imp. epi-
stolæ ad Petrum Berizlo episcopum Vesprimiensem,
Dalm. & Croat. Proregem, quas alibi frustra quæras.

PANNONII (Jani) Opera poetica omnia
Joanne Sambuco editore. Vide Part. I. *Jani
Pannonii.*

Quod ad epigrammata attinet, non videtur Sambucus codicem *Joan. Alexandri Brassicani* præ manibus habuisse, de quo hic in commentario ad Demonaetis vitam edit. Viennen. anni 1527. in hæc verba: *id inter alia ejus (Jani Pannonii) plus quam trecenta epigrammata manu sua descripta, & a Turcarum immanitate ægre redempta, imo nec vulgata, nec aliis visa, beneficio GABRIELIS nostri Pannonii adolescentis, & morum, & litterarum ornamentis juxta præstabili, consequuti sumus, ac in bibliothecam nostram, tamquam preciosum quemdam unionem reposuimus: non videtur, inquam, hunc codicem Sambucus præ manibus habuisse, alioqui quædam non omisisset, nisi id forte, ut suspicor, de industria fecerit, aliqua non divisisset, non adjecisset alia, & quædam correctius edidisset. Gabriel adolescens Pannonius videtur mihi idem esse cum Gabriele Pestino, qui quatuor evangelia primus hungarice convertit, Viennæque eddidit anno 1536. Utcunque enim tempus congruit. Ceterum, quanti epigrammata Jani Pannonii a nostris olim facta sint, annal. Part. IV. pag. 87. memoravi.*

PANTALEONIS (Henr.) Militaris ordinis Johannitarum, Rhodiorum, aut Melitensium Equitum, rerum memorabilium terra, marique a DC. fere annis pro Rep. Christiana in Asia, Africa, & Europa contra barbaros, Saracenos, Arabes, & Turcas fortiter gestarum ad præsentem usque 1581. annum historia nova Libris XII. comprehensa. Basileæ. 1581. in fol. *Liber rarus.*

———— Heldenbuch Teutscher Nation darinn werden beschrieben aller fürtrefflichen Män-

ner thaten , welche seit der Verwirrung der Sprachen bisz auf den grossen Carolum ersten Teutschen Keyser gelebt haben. &c. Basil. apud hæredes Nicolai Bryllingeri. 1568. in fol. Vol. II.

Versio ab ipso Pantaleone profecta , & *rarior* , ut Vogt cum aliis testatur.

PANTHUSÆ (Joan. Antonii) Cosentini liber de prædestinatione & gratia. Romæ. 1545. in fol.

————— Liber de libero arbitrio , & operibus. Romæ in palatio Apostolico. VI. Kal. Octob. 1545. anno vero ætatis meæ 44. in fol.

————— Liber de vera Christi carne , & vero ejus sanguine. Romæ apud Anton. Bladum Afulanum. 1545. in fol.

Collectio admodum *rara* , & a Gesnero , aliisque prætermissa.

PANVINI (Onuphrii) Pontificum elogia , & res gestæ , cum iconibus. Salisburgi excudebat Joan. Baumann. 1551. in fol. *Liber rarus*.

PAPÆ (Guidonis) singularia , quorum materia in utroque foro præcipue practicatur : quandoquidem ex utriusque juris censura ea diligenter trutinavit , tam ea tempestate , qua practicabat , quam postquam ad Parlamenti Delphinalis insignem curiam assumptus est. Ex ipsius authoris archetypo
vigilantif-

vigilantissime sumpta. Ex offic. Nicol. Petit, & Hectoris Pernet. Lugduni 1533. in 8.

Editio a Gesnero, Maittairio, & Lipenio præterita.

PAPARELLÆ (Sebastiani) a monte sancto libri II. de catarrho ad rationalium Medicorum doctrinam editi. Papiæ apud Hierony. Bartolum ad instantiam Jo. Bap. Turlini bibliopolæ. 1562. in 8.

Liber *infrequentior*; Gesnerus Venetæ solum editionis fine anni indicio meminit.

PARALIPOMENA, Efdra, Nehemias, Ester, Job: zwey Bücher der Chronica, Efdra, Nehemia, Ester, und Hiob. Wittembergæ, 1514. in 4. *Editio rara.*

PARIS (Matthæi) Monachi Albanensis Angli historia major, juxta exemplar Londinense 1640. verbatim recusa, & cum Rogerii Wendereri, Willielmi Rishangeri, authorisque majori minorique historiis, chronicisque MSS. in bibliotheca regia Collegii corporis Christi Cantabrigiæ, Cottoniaque fideliter collata. Huic editioni accesserunt duorum *Offarum* Merciorum regum, & XXIII. Abbatum *S. Albani* vitæ, una cum libro Additamentorum per eundem authorem. Editore Willielmo Wats S. T. D. qui & variantes lectiones, adversaria, vocumque barbararum glossarium

adjecit, simul cum rerum, nominumque indicibus locupletissimis. Londini. 1584. in fol.

Editio, ut videtur, ordine ex Londinensibus tertia, ceteris auctariorum titulo anteferenda. Prima prodit studio Matth. Parkeri anno 1571. altera 1640.

PARRHASIUS A. Janus. Vide *Sirigatti*.

PARTIBVS (Jacobi de) Fen prima quarti canonis Avicenne principis cum explanatione, & tabula ejusdem.

Charior hac tibi fit fen nulla magisque legenda,

Que plus dimidio tribuit praxis medicine.

Cum febre vel febris est morborum copia maior.

Quam bene si noris, medicus bonus esse probaris.

Impressum est autem hoc opus Lugduni (cum privilegiis in epistola declaratis) incipiente quidem ac procurante egregio viro M. Johanne Trechsel alemanno, artis impressorie peritissimo: cujus anima in pace quiescat, consummante autem M. Johanne Clein itidem alemanno nec minus perito. Anno Christiane pictatis 1498. nono Kalend. Januarii. Sit laus Deo. in fol. maj.

Gesnerus, & ex hoc Maittaireius editionem anni 1496. citant: postremus idem opus in III. Volum. ad annum 1498. refert. Vereor, ne non hic error cubet. Nostrium exemplar sine dubio tertium, five ultimum volumen est. Quare suspicor, priora duo annis 1496. & 97. sub prælo fuisse, atque ita ex uno exemplari non rite duo esse facta, cum vix sit credibile, tam spissa, & conferto typo exscripta volumina triennii spatio semel iterumque prodire potuisse.

PASCHALIS (Caroli) regii in sacro confessorio Consiliarii, censura animi ingrati ad ampliff. virum Jac. Thuanum. Argent. per Lazarum Zetznerum. 1601. in 12. M. *Libellus rarus.*

PASII (Franc.) Soc. Jesu vice-provincialis Japponiæ ad Claudium Aquavivam Præpositum Generalem litteræ annuæ Nangafacho anno 1601. datæ. Moguntiæ apud Balthaf. Lippitum. 1604. in 8. *Editio perrara.*

PASQUINUS: ain wahrhaftiges büchlein erklärend, was list die Römer brauchen mit creiren viler Cardinal, auff das sy alle Bistumb Deutscher Land under sich bringen. in 4. sine loco, & anno.

Scriptum *rarum*, sed intemperis plenum. In fine hæc adduntur: *Vale, Got behüt dich. Ich far dahin. Finis.*

PASQUILLORVM Tomi II. quorum primo versibus ac rhythmis: altero soluta oratione conscripta quam plurima continentur, ad exhilarandum, confirmandumque hoc perturbatissimo rerum statu pii lectoris animum apprime conducentia. Eleutheropoli. 1544. in 8.

Titulum ex D. Clement exscripti, nam nostro exemplari plura in principio folia evulsa sunt: idem tamen esse, quod is memorat, ex ejus criticis confir. Paginam enim 199. per errorem excipit 100. pro 200. quo fit, ut pro 537. pagg. rescribi debeant 637. Accedit, quod psalmus *Miserere mei* secundum Ambro-

fium Pasquillo paraphraſte pag. 427. & ſcommata *Pafquilli in Germanos* a pag. 530. ad 537. noſtrum exemplar iisdem paginis repræſentet. Author operis ſcurrilis a plerisque habetur *Cælius Secundus Curio*, de cujus vita & obitu ſi quis edoceri velit, legat orationem *Jo. Nic. Stupani* Tom. XIV. amænit. litterar. Schelhornii. Opus vero ipſum Vogtio, Freytagio, aliisque teſtibus inter *rariſſima* locum habet. Fertur Daniel Heinſius id centum aureis emiſſe: aliud Samuel Engel teſtatur veniſſe XXV. nummis aureis Hungaricis: tertium in auſtione biblioth. Mattfeldianæ VII. Marcis Lubecenſibus Hamburgi eſſe comparatum Vogt affirmat.

PASQUINS Geſpräch mit dem Marphorio zü Rom uff primo Julii des M. D. LXXX. Jars gehapt, vber die Handlung von Herrn Conradt Rotten, aus dem Italianiſchen in das hoch teütſch mit fleys transferiert. 1580. in 4. ſine loci indicio. *Scriptum ex rarioribus.*

PASQUINS des alten Römers Entzuckung vermittels dero Er ſo wol die abgeſcheidete Röm. Braut, ſampt ihren Buhlen und Geſpielen als die rechte Himmels Königin ſampt ihren Bräutigamb, und deſſen dienern, jede in ihrem ſchmuck, und wohnung geſehen hat. Aus einem uhralten Italiäniſchen Exemplar in das Teuſche ubergeſetzt. 1644. in 4. ſine l.

Apparet compilatorem multa ex Ferrantis Pallavini *Baccinata*, aliisque hujus opusculis ſumſiſſe: niſi forte & hoc, & prius ſcriptum quis malit *Cælio Secundo Curioni* tribuere.

PASSAVANTI (Pasquini, Patricii Romani, archireferendarii Catholici fortes Virgilianæ, quibus æstuantis Galliæ theatridium instruxit. Veronæ 1616. in 8.

Opusculum *perrarum* est cento Virgilianus rebus Galliæ illius temporis accommodatus.

PASSERI (Joan. Petri) de causis mortis in vulneribus capitis, & recta eorum curatione liber. In quo ad mentem Hippocratis potissimum de perforatione & abrasione in cranei læsionibus non factis apparentibus agitur. Bergomi typis Comini Ventura. 1590. in 4. *Liber infrequens*.

PATAVINI (Marsilii) Defensor pacis: sive adversus usurpatam Rom. Pontificis jurisdictionem pro invictiss. & constantiss. Rom. Imperatore Ludovico IV. Ravarico, a tribus Rom. Pontificibus indigna perpeffo apologia, qua politicæ & ecclesiasticæ potestatis limites doctissime explicantur: circa annum Domini M CCC XXIV. conscripta.

— — — Franciscus Gomarus Brugensis recensuit: capitum augmentis, & Notis ad marginem illustravit. Francof. excudebat Joan. Wechelus, vœnit in officina Vignoniana. 1592. in 8.

Constat opusculum Partibus tribus: I. ad pag. 105, II. ad 470. III. ad 479. pertinet: videturque idem esse, quod Vogtius Catal. libb. rar. pag. 520. Francof. anno 1612. in 8. prodiisse scribit, ac *rarissimis* accenset. Meminit illius quoque Gesnerus pag. 574.

& Basileæ anno 1522. cum præfatione Licentii Evangelii Sacerdotis vulgatum scribit. Hæc editio si prima sit, nostra forte locum secundum habet, quæ an cum illa in omnibus congruat, illi scient, qui utramque possunt contendere. In nostra Gomarus ad lectorem ita: *Nec te stylus incultior moveat: non auctoris, sed seculi vitium. Notum illis, quibus non ignoti scholastici. Et ne tyrones hæreant, emendavimus pleraque, & capitum argumentis ac Notis ad marginem illustravimus.* Difficile est stylum mutare, quin aliam rebus formam aliquando inducas. Certe illud in titulo; Ludovicum a tribus Rom. Pontiff. indigna perpeffum esse, magnopere hiat, quod illi cum Joanne XXII. solum res fuerit, ut ex hujus constitutione: *Licet juxta doctrinam Apostoli &c.* Pontificatus anno XII. liquet, in qua Marfilii, & Joannis Janduni errores convellit. Ex his tres præcipui fuere. 1. Christum solvisse tributum Cæsari *non condescensive ex liberalitate suæ pietatis, sed necessitate coactum.* 2. Petrum Apostolum non plus auctoritatis habuisse, quam alios Apostolos, nec Apostolorum caput fuisse. 3. Romano Pontifici non modo episcopos omnes, sed omnes præterea presbyteros esse pares. Id argumentum cum tempori opportunum esset, libellum hunc Protestantes sæpius excudendum curarunt, ut notat Bayle in Lexico Historico-Critico Tom III. Ceterum Marfilio huic nomen erat *Menandrino*, Patavinus a natali urbe dictus.

PATRITII (Alexandri) Armacani Theologi Mars Gallicus, seu de injustitia armorum, & fœderum regis Galliarum libri II. Accessit declaratio, & deductio solida, qua Augustissimæ Domus Austriacæ Armorum æquitas ostenditur. 1637. in 4. sine l.

Biblioth. Saltheniana librum *raris* adnumerat.

S. PAULI epistola ad Romanos Arabice. Leidæ. 1615. in 8. *Editio rara.*

PAULI (Diaconi Forojul.) Historia Longobardorum. Vide *Jornandes.*

PAULI Papæ III. epistola ad XIII. civitates Helvetiorum scripta, in qua & causam belli hoc tempore a Cæsare moti exponit, &, ut Helvetii sua Auxilia Romanæ sedis copiis adjuvant, studiose rogat. 1546. in 4. sine l. M. *Scriptum perraro obvium.*

S. PAULINI episcopi Nolani opera. Item vita ejusdem ex ipsius operibus, & veterum de eo elogiis concinnata. Accedunt Notæ amœbææ Frontonis Duçæi, & Heriberti Rosweydi e Soc. Jesu. Antverp. ex officina Plantiniana. 1622. in 8. M.

Editio infrequens, & correctior, quam sit Parisina anni 1516, Colonienfis an. 1566. & Basileensis an. 1569.

PAYER (Wencesl. de Cubito) alias Ellenbogen, tractatus de Termis Caroli IV. Imp. sitis prope Elbogen & vallem S. Joachimi, ad generosum, & magnificum Comitem & D. D. Steffanum Schlick, Consilium de peste Ejusdem ad nobiliss. D. Henricum a Konritz, Capitaneum in valle S. Joachimi. Lipsiæ, in ædibus Valentini Schumanni. 1522. in 4.

Libellus perrarns. Meminit illius Gefnerus sub nomine *Beier.*

PAYVA (Diego Dandradæ) Lusitani, insignis S. Theol. Doct. Defensio Tridentinæ fidei Catholicæ, & integerrimæ, V. libris comprehensa, adversus hæreticorum detestabiles calumnias, & præsertim Martini Chemnicii Germani. Olyssipone per Antonium Riberium. 1578. in 4.

Liber rarissimus: editionem Ingolstadiensem, quæ prima in Germania fuit, supra in articulo *Andradæ Jacobi* jam memoravi.

PAZMANY (Petri) Soc. Jesu, Logi alogi, quibus baptæ calamosphactæ Peniculum Papporum Solnensis conciliabuli, & hyperaspisten legitimæ antilogiæ vellicant, veritatis radiis adobrutum. &c. Pofonii. 1612. in 4.

Scriptum rarum, ut omnia Pazmanyii opera primæ editionis sunt, quæ seu Religiosus Soc. J. seu archiepiscopus Strigonienfis, tam latino, quam patrio idiomate edidit, quorum pleraque in nostra bibliotheca exstant.

PECCENSTEINI (Laurentii) rerum Ungaricarum Status, sive ætas bellatrix. Darinnen wahrhaffte, und ordentliche Beschreibung der dreyer furnehmen Obristen, als 1. *Georgii Castrionti*: 2. *Johannis Hunyadis*: und 3. *Mathiæ Corvini*, heldenthaten beschrieben und angezeigt werden, so wol ein auszug des Türcken gantzer

macht durch alle seine Herrschafften conferirt, und aufcultirt durch Laurent. Peccenstein, Hist. Elector. S. Lipsiæ typis Beerwaldianis. in fol. sine anno. M. *Liber apud nos perrarus.*

PECHVARADINO (Gabriel. de) compendiosa quedam nec minus lectu jocunda descriptio urbis Hierusalem, atque diligens omnium locorum terre sancte in Hierosolymis adnotatio, per quemdam in Christo patrem fratrem Gabrielem natione Hungarum Divi Francisci ordinis de sancta observantia luculenter, nam ea ipsa loca propriis conspexit oculis, congesta, ac breviter per eundem comportata. in 4. sine loc. & an. typus monasticus.

Libellus rarissimus, & non modo exteris, sed ex domesticis Czwittingero, ac Authori memoriæ Hungarorum &c. etiam ignotus. Scriptoris nomen in fine ante *Legendam S. Lazari* exaratum est: *Frater Gabriel de Pechwaradino*: a loco, ut reor, natali, sicut Pelbartus de *Temesvár* dictus. Fuit autem Pechvaradinum celeberrima olim Abbatia ord. S. Benedicti prope Quinque ecclesias sita. Quo anno in Palæstinam profectus sit, in hæc verba memorat: *ego quidem frater Ungarus supra nominatus — — qui ipsam terram sanctam Prelati mei obedientia interveniente in anno a partu Virginis Marie 15, 14. visitavi* &c. Describit autem loca sacra secundum quatuor orbis plagas, ducto semper ab Hierosolymis initio, unde opusculum ex quatuor partibus quoque coalescit. Præmittit chronologico ordine eos, in quorum potestate Jerosolyma fuit, usus libro, qui, ut ait, *dicitur Fortalitium fidei.*

PEDIONEI (Joan.) Constantini ad Joan. Jacobum Fuggerum Kirchbergæ, & Weiffenhornii dominum de bello Germanico liber. Cum gratia & privileg. Sac. Imp. Majest. 1547. in 4. sine l. M. *Liber rarus, carmine Heroico exaratus.*

PELAGII (Alvari) de planctu ecclesie desideratissimi libri II. Impressum est autem denuo preclarissimum hoc opus in famatissimo Lugdunensi emporio apud virum integerrimum Joannem Cleyn. 1517. in fol.

Editio infrequens. Author, qua fit diligentia in con-
cedendo hoc opere usus, his verbis indicat: *manu propria una vice correxi, & apostillavi anno domini M. CCC. XXXV. in Algarbia Portugallie ubi sum presul in villa Ramra: secundo correxi, & apostillavi in S. Jacobo de Compostella anno domini M. CCC. XL.*

PELBARTI de Themefvar, pomerii sermonum de Sanctis pars estivalis. Impressi ac diligenter revisi per industrium Henricum Gran in imperiali oppido Hagenaw, expensis ac sumptibus providi Johannis Rynman. 1489. in fol. & 1500. in 4.

———— Pars hyemalis. *ibid.* 1500. die VIII. Junii. in fol. & in 4.

Typographus in priore exemplari annum erronee expressit: *anno ab incarnatione domini millesimo centesimo quingentesimo*; cum rescribi omnino debeat: *quinquies centesimo.*

PELBARTI de Themefvar Sermones de tempore. *ibid.* 1509. idus primo aprilis. in 4.

————— Quadragesimale. *ibid.* 1509. octavo idus Maji. in 4.

————— Sermones de beata virgine, vel stellarium coronę beate Virginis. *ibid.* 1509. die III. Sept. in 4.

————— Idem opus. *ibid.* 1501. die XXVIII. Januarii. in 4.

Omnia Pelbarti opera etiam in Húngaria *rarioribus* adnumerantur.

————— Biga salutis, *ibid.* 1499. in profesto Sancti Michaelis. in 4.

Sunt, qui hoc opus malint Osvaldo a Lasko Pelbarti discipulo, quam huic tribuere. Illud fimillimum veri est, Osvaldum ab excessu Pelbarti hujus sermones aliquot compilasse, addidisse quędam de suo, ac etiam perpolivisse. Erat Pelbartus Ord. Divi Francisci, & sui temporis orator celeberrimus, magis tamen rebus, quam verbis, intentus, &, si partitionum, ac subpartitionum æconomiam spectes, multorum, qui deinceps sequuti sunt, eatenus magister.

PERÉNI (Franc.) L. B. Equitis Aurati, Comitatus Vgochensis Comitatus supremi, Castrum Strigoniense aureum, octo supra quadraginta illustrissimis, reverendiss. Pannoniæ Metropolitatis, cellissimo, illustriss. ac reverendiss. Principi, D. D. Georgio Lippai de Zombor, archiepiscopo Strigo-

niensi &c. præsentatum. Anno regis Leopoldi Pannoniæ Leonis primo. (1655.) Tirnaviæ typis Academicis excudebat Melchior Schneckenhauus. in 8. M.

Libellus *rarissimus* continet archiepiscoporum, qui Lippaium præcesserant, brevem biographiam stilo elogiali adornatam. Author eo tempore erat Humanitatis studiosus.

PERERII (Benedicti) Soc. J. Opera theologica omnia. Colon. 1620. in fol.

Biblioth. Saltheniana editionem Coloniensem anni 1685. *raris* accenset.

PEREZ (Antonii) Las Obras y relaciones de Ant. Perez secretario de Estado, que fue del Rey España Don Phelippe II. deste nombre. Illustratum vexat. Genevæ. 1631. in 8. *Liber raro obvius.*

————— (Jacobi) de Valentia centum & 50. Psalmi Davidici expositi. Expositio item Canticorum: Benedictus, Magnificat, Nunc dimittis, Gloria in excelsis, Te Deum laudamus. Tractatus item contra Judæos. Lugduni ex offic. Bernardi Roster. 1525. in 4. *Editio rara, & Gesnero non memorata.*

PERIONII (Joach.) de Romanorum, & Græcorum magistratibus libri III. ad Odonem Collignium Castilionæum Cardinalem ampliff. Parisiis

in offic. Caroli Perier in vico Bellovaco sub Belle-
rophonte. 1560. in 4. M.

Adnumeratur *raris* in catal. biblioth. Salthenianæ.

PERLACHI (Andræ) Styri, usus Almanach: seu ephemeridum ex commentariis Georgii Tanstetter Colimitii, Præceptoris sui, decerpti, & in 50. propositiones redacti. Viennæ Pannoniæ per Hieron. Vietorem, expensis Joannis Metzker bibliop. 1518. in 4. *Editio rara, & Gesnero ignota.*

PERNUMIA (Joan. Pauli) Therapeutice, sive medendi ratio affectus omnes præter naturam, nuper in lucem edita. Venet. apud Simonem Calignanum de Karera. 1564. in 4. *Liber infrequens.*

PEROTTI (Nicolai) Cornucopiæ, sive commentariorum linguæ latinæ ad illustriss. Principem Federicum Urbini Ducem, & ecclesiastici exercitus Imperatorem invictissimum. Mediolani per Magistrum Johan. Angelum Scinzenzeler, ad impensas Johan. de Lignano. 1502. die XVIII. Maji. in fol. *Editio rara, & Maittaireio præterita.*

————— Idem opus. Venetiis in ædibus Aldi, & Andræ Asulani focerii, mense Martio. 1527. in fol. *Editio rara.*

————— Cornucopiæ cum Terentio Varro-
ne de lingua latina, ejusque analogia: fragmentis

Pompeji Festi librorum undeviginti: N. Marcelli lucubrationibus de proprietate sermonum. Basil. ex offic. Joan. Valderi. 1536. in fol.

In catalogis biblioth. Salthenianæ, & Engelianæ inter *raros* censetur.

PEROTTI (Nicol.) Ad Pirrhum Perottum nepotem suum ex fratre suavissimum erudimenta Grammatices. — Finis tabule anno millesimoquingentesimosseptimo. (1507.) in 4. sine loci nota.

Editio *rara*: præfatur Paulus Malleolus ad Egidium Delphum oratorem disertissimum.

PERSII (A. Flacci) castigatissimum poema cum Jo. Bapt. Plauti frugifera interpretatione, nec non cum Cornuti philosophi ejus Præceptoris: Joan. Britannici Brixiani, ac Bartholom. Fontii aureis commentariis. Venet. per Joan. Rubeum Vercellensem. 1516. in fol. *Editio a Maittairio prætermissa.*

———— Satyræ cum commentariis Aelii Antonii Nebriffensis Grammatici. Parisiis ex offic. Roberti Stephani. 1527. in 8. M. *Liber rarus.*

———— Satyrarum liber I. D. Junii Juvenalis Satyrarum libri V. Sulpitiæ satyra I. cum veteribus commentariis nunc primum editis. Ex bibliotheca P. Pithœi JC. cujus etiam Notæ quædam adjectæ sunt. In offic. Sanctandrea. 1590. in 8. M.

In catalogo biblioth. Frid. Christii stella raritatis notatur.

PERSPECTIVA D. Johannis archiepiscopi *Cantuariensis*, fratris Ordinis Minorum, dicti Pifaurensis, ad unguem castigata per eximium ar-
tium & medicine, ac juris utriusque doctorem, ac mathematicum *B. Facium Cardanum* Mediolanensem, in venerabili collegio jurisperitorum Mediolani residentem. in fol. cum figg. sine anno, & loco.

Locum quidem Cardanus in præfatione ad Ambrosium Griffum, Protonotarium Apostolicum, Equitem auratum, & medicinæ Doctorem, Mediolanum fuisse satis aperte declarat: typographum autem elegi. in fine operis adjuncti etiam indicant:

Quem Petrus impressit parvo non ære libellum,

Hunc eme: tu doctum perlege lector opus.

Maittairius Tom. I. annal. typogr. Part. I. pag. 239. testatur, Petrum Antonium de Castelliano Mediolani anno 1493. impensas fecisse in artem typographicam: proinde videtur exemplar nostrum eodem anno, aut aliquo ex sequentibus ante 1500. prodiiisse. Idem opus videtur indicare Joan. Frid. Kinderlingus in catalogo biblioth. cænobii Bergensis Magdeburgi 1774. edito, sub titulo: *Jo. Pisani Perspectiva*, quod Lipsiæ 1504. in fol. prodit: nostra editio sine dubio vetustior, quam illa, est, & *perquam raris* accensenda.

P E S S I N A (Joan. de Czechorod) Phosphorus septicornis, stella alias matutina, hoc est, sanctæ Metropolitanæ Divi Viti ecclesiæ Pragensis maje-

stas, & gloria &c. futuro majori operi præmissus interim, & emissus. Pragæ. 1673. in 4. M.

P E S S I N A (Joan. de Czechorod) Ucalegon Germaniæ, Italiæ, Poloniæ, & Ungariæ. Pragæ 1663. in 8.

Utrumque scriptum *perraro obyium*: prius multa etiam Hungarica continet.

P E T A N T I I (Felicis) Cancellarii Segniæ de irineribus in Turciam libellus. Imprimebat Viennæ Austriæ Joan. Singrenius calcographus. 1522. pridie callendas Julii, Carolo V. P. F. Aug. eodemque Catholico orbem terrarum, Ferdinandoque unico archiduce, suis, fratrisque auspiciis imperium, patriamque feliciter moderantibus. in 4. M.

Editio hæc Viennensis omnibus, quos consului, hætenus ignota fuit, ideoque *rariissimis* inferenda. Plerique enim Gesnerum sequuti, editionem Basileensem, quæ Alcorano adjuncta est, solum memorant. Edidit opusculum hoc Joan. Cuspinianus, quod in suppellectili sua chartacea repererat plane tum, cum opus de Cæsaribus affectum habebat, ac Ferdinando archiduci Austriæ inscripsit. Ipse vero Petantius conatum suum Wladislao II. Hung. regi dicavit.

P E T H E Ö (Martini) de Hetes, prosphone-
sis auspiciatissimæ inaugurationi illustriss. ac RR.
Principis, ac D. D. Francisci Forgács de Ghy-
mes, S. R. E. Cardinalis, archiepiscopi Strigonien.
Primatis Hung. &c. Græcii styriæ in offic. Geor-
gii Widmanstadii. 1608. in 4. M.

Scriptum

Scriptum terſo carmine elaboratum, & perpaucis in Hungaria cognitum, Forgácfio oblatum eſt, cum in Cardinalium numerum coptatus fuit. Addit in fine de eodem argumento elegantem Odam cum decalliſcho Comes Nicolaus Draskovith, Joannis Croatiae, & Sclavoniae Bani filius.

PETIT (Adriani Coclici) diſcipuli Joſquini de Pres compendium Muſices, in quo præter cætera tractantur hæc: de modo ornate canendi, de regula contrapuncti, de compoſitione.

Ad lectorem.

Accentum quicumque cupis noviſſe ſonorum,
 Quo nihil hoc totus dulcius orbis habet:
 Ad nos accedas artis percuſſus amore,
 Pandet Adriani muſa canora viam.

Impreſſum Norimb. in offic. Joannis Montani & Ulrici Neuberi. 1552. in 4. M. *Editio rara.*

PETITI (Samuel.) Miſcellaneorum libri X. in quibus varia veterum Scriptorum loca, quæ philologiam, hiftoriam, philoſophiam, chronologiam ſpectant, emendantur, illuſtrantur, explicantur. Pariſiis. 1630. in 4. *Liber rarus.*

PETRARCHÆ (Franciſci) opera Poetica. Italice. Finit Petrarca nuper ſumma diligentia a reverendo P. Ordinis minorum magiſtro Gabriele Bruno Veneto, terre ſanctæ, miniſtro emendatus. Impreſſum Venetiis per Bartholomeum de Zanis

de Portesio anno domini 1497. die XI. Julius.
(sic) in Fol. Tom. II. Vol. I.

Annum exscripsi ex fine Tom. I. nam II. ad calcem uno folio mutilus est, ut primus quoque titulo caret. Primus, in quem præfatur Bernardus Ilicinus ad Borsium Estensem Mutinæ Ducem, continet triumphos: alter, in quem præfatur Franciscus Philephus ad Philippum Mariam Angelum (textus Italicus habet, *Anglo*) Medionalensium Ducem, complectitur varii generis carmina, ut sunt, *Soneti*, *Canzoni*, & *Stanze* Editio apud nos *rarissimis* merito accensa. Hujus plane videtur meminisse Maitarius Tom. I. Part. II. pag. 656. notam tamen temporis hanc ponit: *a di 30. Agost.* Credo hanc Tomi II. esse, quem mutilatum habemus.

PETRARCHÆ (Franc.) epistolæ. Lugduni apud Samuelem Crispinum. 1601. in 8.

In catalogo Engliano notam *raritatis* habent.

————— Zwey Trostbücher von Artzney und Rath, beydes in gutem und widerwertigem Glück. Francof. apud hæredes Christiani Egenolffi. 1572. in 4. maj. *Liber raro obuius.*

PETRI Hispani summule logice, & libellus parvorum logicalium nuper inventus. Impressum in inclytis Venetiis studio, & impensis magistri Simonis Ticinensis cognomento Bivilaque. 1503. idibus Decembris in fol.

Editio rara, Gesnero, ac Maitario non cognita.

————— Ravennatis Itali, Pontificii & Cesarei juris doctoris, & Equitis aurati splendidissimi aurea non nulla opuscula: cuique juris studiosissimo oppido quam necessaria.

Ad sacerdotes & lectores in persona libelli.

Virane grata Deo tua fit sanctissime Flamen

Noscere si cupias, que nimis est reprobata,

Et juris gemmas simul edidicisse decoras

Si placet; hæc animo pellege, que teneo.

Impressum Erfordie per Wolfgang. Schenck.
1503. in 4.

Consimilis tituli librum sine l. & a. Freytag memorat, eumque plurimis incognitum esse scribit. Nostrum exemplar in averfa tituli facie hæc opuscula exhibet *Oratio quedam synodalis ad Clericos Caminenses, vitam sacerdotum hoc evi agentium frugalissime carpens novem sanctissimis, & verissimis conclusionibus: quibus subjiciuntur solutiones utilissimarum questionum, solutiones item cum canonibus, & legibus ad argumenta, & allegationes, que in usu habentur in disputationibus, & consistoriis judicum, & multa scitula, elegantiaque in jurisprudentia. Carmina extemporanea; ad beatissimam Virginem supplicatio, ad Principem Pomeranie Bohuslaum, ad Senatam Hamburgensem; ad matronas Lubicenses, ad Henricum Buckholt præpositum Lubicensem, ad Joan. de Kitzscher præpositum Colbergensem, ad Georgium Klest Ducalem Secretarium, ad Henningum Steinwarden Canonicum Caminensem, ad auditores suos studiosissimos, ad sanctissimum Rochum, ut nos liberet a seivissima pestilentia.*

PETRONII (T. Arbitri) in Dalmatia nuper repertum fragmentum, cum epicrisi, & scholiis Th. Reinesii ad illustris. & excellentiss. D. Jo. Bapt. Colbert &c. accesserunt ex editione Upsaliensi V. C. Joan. Schefferi Argentinen. Notæ. Lipsiæ. 1666. in 8. M.

Liber rarus, ut biblioth. Saltheniana testatur.

PETRUCCI (Ludov.) Raccolta d' alcune Rime del Cavaliere Lodovico Petrucci Nobile Toscano in più luoghi, e tempi, composte, & à diversi Principi dedicate, con la selva delle sue persecuzioni. Farrago poematum Equitis Ludovici Petrucci Nobilis Tuscani, diversis locis, & temporibus conscriptorum, & ad diversos Principes dedicatarum, una cum sylva suarum persecutionum. Oxoniæ excudebat Josephus Barnesius. 1613. in 4.

Liber rarissimus, Italicis e regione latina respondent. Author in exercitu Cæsareo sub variis Ducibus meruit, a quibus postea meritorum suorum, ac virtutis testes litteras accepit: a Georgio Basta Pragæ an. 1607. Ferdinando de Kollonitsch Viennæ 1606. & Guilielmo Comite-Palatino Düseldorpii an. 1610. quæ ipsi opusculo insertæ sunt. Librum dedicavit Jacobo regi magnæ Britanniæ, dedicationi in hæc verba subscribens: *Infelix Eques Ludov. Petrucci. Causam editi opusculi hanc reddit: ut ita patefacta deum veritate obturarentur illorum ora, qui id agunt, ne viris bonis uspiam tuto versari liceat.*

PEUTINGERI (Conradi) sermones conviviales de mirandis Germaniæ antiquitatibus. Argetine. 1496. in 4.

Editio *perrara*, cujus nec Gesnerus, nec Maïttaius meminere.

————— Idem opus. Johannes Prüss in ædibus Thiergarteni Argentinæ imprimebat. Mathias Schurer recognovit. 1506. in 4. *M. Liber rarus.*

PEYRERII (Jsaaci) Præadamitæ sive exercitatio super versibus XII. XIII. & XIV. cap. 5. epistolæ Divi Pauli ad Romanos: quibus inducuntur primi homines ante Adamum conditi. Eiusdem systema theologicum ex Præadamitarum hypothesi. Pars I. 1655. in 12.

Liber, ut Freytag, biblioth. Solgeriana, & Feuerlini perhibent, *rarus*, & *paradoxus*. Fuit author ortu Burdegalensis, ac medicinæ Doctor. Anno 1656. Bruxellis in carcerem conjectus, indeque elapsus Romam fugit, ubi ejurato Calvino, Romanæ ecclesiæ se adjunxit, causam, cur id fecisset, edita ad Philotimum epistola prolixè exponens. Obiit anno 1676. Parisiis apud PP. Oratorii.

PHARETRA catholice fidei, sive ydonea disputatio inter Christianos & Judeos, in qua perpulchra tanguntur media & rationes quibus quivis Christifidelis tam ex prophetis suis propriis, quam ex nostris eorum erroribus faciliter poterit obviare. Johann. Weyffenburger impressit Lande-

futens. — Exactum & iterum diligenter revisum. Anno incarnationis domini. 1514. XV. Aprilis. in 4. *Liber infrequentior.*

PHAVORINI (Varini) Camertis , Nucерini episcopi dictionarium græcum. Basileæ. 1538. in fol. *Editio admodum rara.*

PHILADELPHI (Eusebii) Libertatis Germanicæ querela ad illustris. ac potentis. Rom. Imp. Principes, simulque ad omnes eos, quibus germana fides cordi est, de Patriæ salute, ac de omnium incolumitate conservanda. Cui adiuncta est libertatis Helveticæ ad amplis. ac nobilis. ejusdem gentis proceres, atque omnes in universum ordines, quos XIII. Cantones vocant, de Reip. ipsorum statu, deque salute ejus, & gloria retinenda, seria commonefactio. 1586. in 4. M. *Scriptum perraro obvium.*

PHILASTRII episcopi Brixinensis hæreseon catalogus. Cui adjectus est eruditissimus libellus *Lanfranci* episcopi Canthuariensis de Sacramento Eucharistiæ adversus Berengarium. Nunc recens editi. Basil. 1528. in 8. *Liber rarus.*

PHILELPHI (Francisci) Epistolæ familiares. Mediolani. 1461. in 4.

Ita diserte catalogus bibliothecæ Collegii Soproniensis, nisi quod pro *Philelpho* erronee *Philellum* exhibet. Si annus rite est consignatus, novum prorsus in

bibliographia phœnomenon habemus. Metuo tamen, ne non is annus pro 1491. irreperit.

PHILELPHI (Francisci) Epistolare. Venetiis. 1502. in 4.

Annum & locum, nescio, quis sua manu in fine adscripserit. Mihi tamen typus a Veneto multum abhorrere, & anno 1502. vetustior esse videtur. Epistolarum sunt univēse Libri XVI. Prima est data Venetiis VI. idus Octobr. 1427. ultima Mediolano IV. idus Martias. 1461. Forte exemplar nostrum exscriptum fit ex eo, quod Venetiis 1488. apud Joan. Rubeum prodiiſſe Freytagius memorat.

————— Viri græce, & latine eruditissimi epistolarum familiarium libri XXXVII. ex ejus exemplari transumpti; ex quibus ultimi XXI. novissime reperti fuere, & impressorie traditi officine. Cum privilegio — Venetiis ex ædibus Joannis & Gregorii de Gregoriis fratres (sic). Regnante Serenissimo Principe D. Leonardo Lauredano, inclyto Venetorum Duce. 1502. octavo Kalendas Octobres. in fol. M.

Editio, ut Freytag ait, *optima*, ut Bauer ex Janozkio, *rariſſima* Partibus II. constat: prior XVI. libros continet altera reliquos. Præfantur in opus Gaspar Alemanus, & Nicolaus Ferrettus: ille ad Lauredanum Venetiarum ducem, iste ad M. Ant. Sabellium. In fine adnectit decaſtichon Petrus Augustinus Philelphus in laudem Francisci. De Los Rios precium huic editioni constituit 70. libras Gallicanas.

————— Epistolarum summa diligentia excerptarum liber nuper quam emendatissime im-

pressus. Epistolæ item duæ ex Joanne Pico Mirandulano. Altera: de stilo philosophorum, & an eloquentia in philosopho desideranda sit declamatoria. Altera de vita recte instituenda, & imbi ad idem præcepta quædam gravissima. — Impresum Viennæ Austriæ, in ædibus Joannis Singrenii, decima nona die Martii. 1520. in 4.

Liber *rarus*, & forte ad normam editionis Cracoviensis an. 1513. vel 1517. quarum Janozki apud Bauerum meminit, editus. Inchoat ab ea, quæ in Veneta editione ad Franciscum Barbarum data, ordine tertia est, & definit in ea, quæ est ad Catonem Saccum ex Mediolano Nonis Aprilibus 1461. exarata, quam in editione Veneta laudati anni frustra quæsi.

————— Orationes cum quibusdam aliis ejusdem operibus ad oratoriam summopere conducentibus. Parrhisii opera Ascensiana pro Joanne Parvo VI. Id. Martias anno pro calculo Romano. 1504. in 4.

Editio *rarior*: post præfationem hic index operum textur. *Orationes funebres sex: orationes nuptiales septem: orationes de diversis ad diversos habitæ: diversorum opusculorum traductio, & in eadem ejusdem Philelphi præfationes ad diversos.*

————— Poete laureati, & oratoris clarissimi de educatione liberorum, clarisque eorum moribus opus saluberrimum, in quo omnis bene beateque vivendi disciplina, omne bene dicendi genus, ac divine philosophorum, theologorum-

que sententie comperiuntur. Tubinge in edibus Thome Anshelmi Badensis. 1513. mense Maio. in 4. M. *Editio rara.*

Ain schein neu Buch lustig zu lesen, den ganzen zug und Rais des durchleuchtigsten Fürsten und Herrn, Herrn PHILIPPI Printzen aus Hispanien &c. seiner fürstlichen Durchleuchtigkait Ankunft zu Genua, den durchzug Italien, Germanien und dero erblichen Niderburgundischen Landen, was thurnier, kampf, manicherlay Ritterspil, sambt anderen wunderbarlichen Banketen, Lust und freydenfpilen, entgegenziehung herrlichen empfaen, schanckungen, auch allen demienigen, so nach eines yeden Fürstenthumbs, Lands, stat, oder orts, seiner gelegenheit vermügen ir Durchleucht Eer bewisen und erpoten von meil zu meil, beschriben worden von anno 1549. bis auf 51. Jar geschehen. Augustæ per Joan. Zimmerman. in 4. sine anni indicio. M. *Opusculum perrarum.*

PHILONIS Judæi Alexandrini libri antiquitatum, quæstionum, & solutionum in Genesin: de Effais: de nominibus hebraicis: de mundo. Basil. per Adamum Petrum. 1527. in fol. *Editio infrequentior.*

PHILOPATRI (Andreæ) ad Elifabethæ reginæ Angliæ edictum promulgatum Londini XXIX.

Novemb. anni 1591. Responsio. Excusum anno 1593. in 8. sine loci mentione.

Sunt tamen, qui libellum Romæ excusum putent. Utcunque id fit, liber teste Saltheniana biblioth. est *rarissimus*.

PHILOPONI (Joan.) in caput 1. Geneseos de mundi creatione libri VII. ex antiquissimo Sac. Cæs. Majestatis codice MS. nunc primum in lucem editi: una cum disputatione de paschate. Interprete *Balthas. Corderio* Antverpiano Soc. Jesu Viennæ Austriae typis Greg. Gelbhaar. 1630. in 4. *Editio rara*.

PHOTII Myrobiblion, sive bibliotheca librorum, quos Photius Patriarcha CP. legit, & censuit. Græce edidit David Hoeschelius Augustanus, & Notis illustravit: latine vero reddidit, & scholiis auxit Andreas Schottus Antverpianus. Genevæ, oliva Pauli Stephani, 1612. in fol. *Liber rarus*.

———— Epistolæ per R. virum *Richardum Montacutium* Norviensem episcopum latine redditæ, & Notis subinde illustratæ. græc. & lat. Londini ex offic. Rogerii Danielis. 1651. in fol. *Opus perrarum*.

PHRYGIONIS (Pauli) Chronicon regum, regnorumque omnium catalogum, & perpetuum ab exordio mundi temporum, seculorumque se-

riem complectens, ex optimis quibusque hebræis, græcis, & latinis auctoribus congestum. Basil. apud Johan. Hervagium. 1534. in fol.

Liber *rarus*. Possessor sua manu hæc adnotavit. *Dono datus per me Wolfgangum Dombay, nobili Nicolao Zalwzky, qui hero suo Zach. eppo Tiniensf. 1572.*

PIASECII (Pauli) episcopi Præmisliensis, Chronica gestorum in Europa singularium, accurate, ac fideliter conscripta ad annum Christi M. DC. LXVIII. (XLVIII.) Cracoviæ ex offic. typogr. Franc. Cæsarii. 1648. in fol.

Vogt, & biblioth. Solgeriana editionem hanc etsi ordine secunda sit, *raris* inserunt.

PICARDI (Joan.) Thesauri theologorum partes IV. — Partis IIII. thesauri theologorum, & sic totius operis, finis completur. Quod opus licentiæ & auctoritate reverendi in Christo patris fratris Francisci de Zeno provincie mediolani predicatoris aposto. vicarii generalis dignissimi quo ad fratres ord. mī. de observantia in partibus citramontanis, nec non consensu venerandor. patrum in capitulo generali existentium Mantue 1503. ad quos spectabat opus debere publicari vel ne. Impressum & bene visum & examinatum ac correctum per dominum Joannem Gray de scotia, in liberalibus artibus, ac sacra pagina magistrum & professorem sufficientissimum. Impressum Medio-

lani per Joannem de Castelliono ad impendia domini Johannis de lignano. 1506. die XII. mensis februarii. in 4.

Liber *perrarus*, & Maittairio ignotus : nec Gesnero visus, qui illius in hæc solum verba meminit : *Joannes Picardus citatur in ChrysoPASSO Joan. Eccii.*

PICCOLOMINI (Alexandri) Della grandezza della terra, & dell' acqua. In Venetia appresso Giordano Ziletti. 1561. in 4.

———— Della sfera del mondo libri quattro in lingua Toscana. Venet. apud Nicolaum Bevilacquam. 1561. in 4.

———— Idem opus a Nicolao Stupano Rhetoræ latine redditum. Basil. per Petrum Petnam. 1568. in 4.

Adjuncta sunt eodem interprete ex Piccolomino compendium de cognoscendis stellis fixis, & de magnitudine terræ ac aquæ liber unus.

———— Delle stelle fisse libro uno, doue di tutte le XLVIII. imagini celesti minutissimamente si tratta, & non solo le favole loro ordinarmente si narra, ma ancora le figure di ciascheduna n' apparon così manifeste & distintamente disposte & formate, come à punto per il ciel si distendono. Venet. 1561. in 4.

Omnia Piccolomini opera apud nos raritatis notam merentur.

PICI (Joan. Franc.) Mirandulæ domini, & Concordiæ Comitis, de rerum prænotione libri IX. pro veritate religionis contra superstitiosas vanitates editi. De fide theoremata: de morte Christi, & propria cogitanda libri III. De studio divinæ & humanæ philosophiæ II. De Divini amoris imaginatione unus. Vita patruī, & defensio de uno & ente, & alia quæpiam. Expositio textus Decreti de cond. dist. II. Hilarii. Epistolarum libri IV. Justini tralatio. Staurostichon de mysteriis Germaniæ heroico carmine. — Joan. Fran. Pici Mirandulæ domini, & Comitis Concordiæ opera aurea & bracteata finiunt: Argentoraci priidiæ (sic) Kalen. Februarias ann. 1507. Julio II. Pont. Max. & Maximiliano Cæsare Augusto, inclyto, invictis. universo terrarum orbi præsidentibus: Joannes Knoblochus imprimebat: recognovit Mathias Schürerius in fol.

Editio *admodum rara*, cujus quidem Maittaireius ex Cheviller, sed perfunctorie, meminit. Opuscula non eo, quem titulus præfert, ordine, nec anno sunt edita. Theoremata enim de fide penultimum, libb. IV. epistolarum contra ultimum locum occupant isti nullum editionis annum, & locum habent, illa ad calcem hæc: *Finiunt theoremata Jo. Franc. Pici Mirandulani Principis Argentoraci: quæ insignis Helvetiorum urbs est: formis excusa die XXII. Decemb. an. M. D. V I. quando invictis. Cæsaris Maximiliani Aug. filius unigenitus Philippus Hispaniæ*

niar. rex non sine totius Christianæ Reip. jactura, florenti ætate periisse deplorabatur ab omni populo.

PICKHARDTS (Jesuwald) des Canonischen Rechts canonisirten, oder gewürdigten Bienenkorb des heyl. Römischen Jmenschwarms seiner Hummelszellen, oder Himmelszellen, Hürnausträfer, Brämengeschwurm, und Wäspengetös &c. Explicit expliciunt, sagt die katz zum hund, würft sind ungesund. Getruckt. zu Chrißtlingen bey Ursino Gottgwin. 1581. in 8.

Liber *rarus*, ut biblioth. Saltheniana, Feurlini, & Engelianum spicilegium testantur, sed infulsæ scurrilitatis plenus.

PIERII (Joan.) Valeriani Bolzani hieroglyphica, sive de sacris Aegyptiorum, aliarumque gentium litteris commentarii &c. Basileæ. 1556. in fol.

Editio *rara* Possidemus quoque editionem Lugdunensem anni 1594. in fol.

PIGHII (Alberti) Campensis, controversiarum, quibus nunc exagitur Christi fides, & religio, diligens & luculenta explicatio. Cujuscunque tandem fidei fueris, legisse non poenitebit. Venet. apud hæredes Lucæantonii Juntæ Florentini. 1541. mense Septembri. in 4.

Scriptum *rarius* Partibus II. constat : prior IX. posterior VII. capitibus absolvitur , quorum brevaria præfationi præmittuntur , demta quæstione , *de divortiatorum conjugiiis , & uxorum pluralitate sub lege Evangelica* : quam Parti II. adnexuit. Ad calcem subditur ejusdem. *Diatribæ de actis , quæ nuper emissa circumferuntur , VI. & VII. Synodorum , quod parengrapha sint , & minime germana*. Materia spectat ad Honorii lapsum , qui theologos in varias partes distraxit. Ob argumenti similitudinem addit quæstionem de Hadriani VI. litteris ad Tarasium , easque falsas esse demonstrat , additque epitaphium a Carolo V. Imp. compositum , quod ejusdem Pont. sepulcro incisum Romæ legitur.

PIMPINELLI (Vincentii) archiepiscopi Rosanensis oratio Augustæ habitæ XII. Kal. Julii MDXXX. Excusum Augustæ Vindelicorum per Alexandrum Weyssenhorn. XV. Julii. 1530. in 4.M.

Libellus *rarus* : dedicat illum Author Carolo V. Imp. præmittunt elegos Frater Bernardus Gentilis Historicus Cæsaris , M. Antonius Magnus , & C. Urfinus Velius poeta laureatus.

PINDARI Olympia , Pythia , Nemea , & Isthmia. Græce. Venetiis in ædibus Aldi , & Andrea Asulani Soceri. 1513. in 8.

Testibus Harvoodo , & Osmontio , *editio princeps , & rarissima*.

———— Olympia , Nemea , Isthmia , græce , cura , & cum prologo , epilogoque Hulde-

richi Zwinglii. Basil. per Andream Cratandrum. 1526. in 8.

Hanc editionem in primis collaudant Engelius, & Harwoodus: ille *rarissimam*, hic ex opinione Askewfii *longe emendatissimam* pronunciant.

PINDARI Olympia, Nemea, Pythia, Isthmia. Græce. Francof. apud Petr. Brubachium. 1542. in 4.

Editio *rara* cum græcis Scholiis. Laudatur a Bunnanno, Salthenio, & Christio.

————— Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. Cæterorum octo Lyricorum carmina: Alcæi, Sapphus, Stefichori, Ibyci, Anacreontis, Bacchylidis, Simonidis, Alcmanis. Non nulla etiam aliorum. Omnia græce & latine. Pindari interpretatio nova est, eaque ad verbum: cæteri partim ad verbum, partim carmine sunt redditi. Antverp. 1567. in 12. *Editio nitida, correctæ, & rara.*

————— Olympia, Nemea, Pythia, Isthmia græce & latine, cum annotationibus uberri-
mis, & indicibus necessariis. Oliva Pauli Stephani. 1599. in 4.

Editio *perrara* ut biblioth. Engeliiana, & Solgeriana testantur, cum græcis scholiis.

PINDARI Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. Cæterorum octo Lyricorum carmina: Alcæi, Sapphus, Stesichoris, Ibyci, Anacreontis, Bacchilidis, Simonidis, Alcmanis. Non nulla etiam aliorum. Editio III, Græcolatina H. Stephani recognitione quorundam interpretationis locorum, & accessione lyricorum carminum locupletata. Excudebat Paulus Stephanus. 1600. Tom. II. in 16. M. *Editio parum communis.*

PINDER (Udalrici) speculum passionis domini nostri Jhesu Christi. In quo relucet hec omnia singulariter, vere, & absolute: puta. Omnis perfectio yerarchie, omnium fidelium beatitudo: omnes virtutes: dona: fructus: & spiritualium bonorum omnium efficacia. Quod in fine prime partis hujus Speculi manifestissime comprobatur. — Speculum de passione domini nostri Jhesu Christi cum textu quatuor Evangelistarum, & quamplurimorum doctorum uberrimis desuper glossis: cum figuris pulcris & magistralibus, & cum mirum inmodum contemplationibus, & orationibus devotis: non minus & de duodecim admirandis fructibus ligni vite, & stupendis mysteriis sanctissime crucis per doctorem Udalricum Pinder convexum, & in civitate imperiali Nurenbergen. bene visum. & impressum finit feliciter. 1507. die vero XXX. mensis Augusti. in fol.

Opus *rarum*, & Gesnero, aliisque non memorarum. Forte idem hic author fit cum eo, quem in articulo *Binder* supra reuli.

PINTI (Franc. Hectoris) Lusitani Hieronymiani in Ezechielem Prophetam commentaria. Omnia iudicio, & correctioni sanctæ Romanæ, & universali Ecclesiæ subiecta sunt. Salmanticæ ex officio Ildefonsi a Terranova, & Neyla. 1581. Expensis Lucæ Junta. in fol. *Liber rarus*.

PIRNISCHE und *Pragische* Friedens Pacten, zusampt angestelter collation und Anweisung der discrepantz und Vnterscheides zwischen denenselben, auff Maas und Weise, wie davon in der hienächst gesetzten Vorrede an den Leser mit mehrer Bericht gethan wird. Nebst etlichen dienlichen Beylagen. Gedruckt im Jahr Christi. 1636. in 4. pagg. 346.

Scriptum *rarissimum*. Paçis præmittitur hæc Nota: *Es wolle der günstige Leser bey Verlesung des Pirnischen Concepts allzeit folgende notas in acht behalten. 1. Alles, was mit etwas gröbern Buchstaben gedruckt, solches ist zu Prag nachmals gar heraus gethan, und in selbigen Prag: Schluss gantz nicht befindlich. Hingegen 2. wo ein solch signum () gesetzt ist, an selbigen Orth sind zu Prag entweder einzelnne Wort, oder ein gantzer periodus, auch wol ein oder mehr gantze paragraphi eingerücket. 3. Was mit diesen signis in marg. " bezeichnet ist, solches ist im Prag: nach beschaffenheit der Sachen in eine andere Art gebracht, und bald so, bald auff*

andere weise verändert. 4. Was mit blossen linien am Rand signiret, dasselbe ist nur an einem andern Ort im Pragischen lociret. 5. Was aber zugleich mit linien, und auch mit diesen signis " notiret ist, dasselbe ist nicht allein versetzt, sondern auch zugleich verändert, und in eine andere form gerichtet, wie solches alles hinten bey dem Pragischen jedes an seinem orth mit mehrem deutlich angezeigt ist.

PISIS (Rayneri de) ord. Predicatorum pantheologie, seu summe pars prima. Venetiis per Hermannum Lichtenstein. 1486. in fol.

Testibus Bunemanno, Engelio, & Freytagio *opus rarissimum.*

PISTORIS (Joan. Nidani) artis cabalisticæ, hoc est, reconditæ Theologiæ & philosophiæ scriptorum Tomus I. in quo, præter Pauli Ricii theologicos & philosophicos libros, sunt latini pene omnes, & hebræi non nulli præstantissimi Scriptores, qui artem commentariis suis illustrarunt. &c. Basil. per Sebastianum Henricpetri. 1587. in fol.

Liber *rarior*, ut Vogt testatur, conflatus est ex Pauli Ricii Scriptis, Rabi Josephi Castiliensis porta lucis: Leonis hebræi de amore dialogis III. Joan. Reuchlini arte Cabalistica: Ejusd. de verbo mirifico libris III. Archangeli Burgonovensis Cabalistarum dogmatibus, & Abrahami libro *Sepher Jezira*. Dubitat Vogt, an Tom. II. unquam prodierit, alii contra affirmant.

PITATI (Petri) Veronensis compendium super annua solaris atque Lunarisi anni quantitate, paschalis item solennitatis juxta veteris Eccle-

siæ canones recognitione, Romanique calendarii instauratione, deque vero passionis Dominicæ die: ortu quoque, & occasu stellarum fixarum, in tres tractatus divulgum opus. Ad Pium IV. Pont. Max. Impressum Veronæ per Austulphum Veronensem in ædibus authoris, opera & expensis Pauli Ravagnani de Asula. 1560. in 4. *Liber rarus.*

PITHOEI (Petri) annalium, & historiae Froncorum ab an. Christi 708. ad an. 990. scriptores coætanei XII. primum in lucem edita ex biblioth. P. Pithœi, nunc autem in Germania de novo impressi. Francof. apud Andreæ Wecheli hæredes. 1594. in 8. *Liber rarus,*

PIUS II. Vide *Aeneæ Sylvii.*

PLACIADES, Episcopus Carthaginensis. Vide *Hygini* astronomicon.

PLATEA (Francisci de) ordinis minorum tractatus restitutionum usurarum, & excommunicationum. — Opus restitutionum perutile reverendissimi in Christo patris fratris Franc. de Platea Bononiensis ord. minorum Spire impressum finit feliciter. 1489. in fol.

Editio *rara*: meminit illius Jo. Saubertus in append. de typographia pag. 167. & ex eo Maittaireus.

PLATINA (Bapt.) In hoc volumine hec continentur. Platyne de vitis maxi. Ponti. historia

perjocunda: diligenter recognita, & nunc tantum integre impressa. *Raphael. Volaterrani* historia de vita quattuor maxi. Ponti. nuper edita, & in fine posita. *Platyne de falso & vero bono ad Sixtum III.* Ponti. maxi. *Contra amores dialogus ad Ludovicum Stellam Mantuanum.* De vera nobilitate dialogus ad ampliff. *Ursinum Tranensem* episcopum. De optimo cive dialogus ad *Laurentium Medicen.* Panegyricus in laudem reverendiss. *Cardinalis Niceni, & patriarche CP.* Diverforum Academicorum panegyrici in *Platyne* parentalia. — *Venetis a Philippo Pincio Mantuano.* 1511. die VII. Nov. in fol.

In catalogo biblioth. *Solgerianæ* dicitur editio per-rara, & incastrata.

PLATINA (Bapt.) Opus de vitis, ac gestis summorum Pontificum ad sua usque tempora deductum, & auctum deinde accessione rerum gestarum eorum Pontificum, qui *Paulo II.* in quo *Platina* desinit, usque ad *Clementem* ejus nominis VII. successerunt: & nunc postremo multo locupletius redditum per eruditum virum *Onuphrium Panvinum*, qui seriem historię eleganti stylo, bonaque fide continuavit usque ad *Pium IV.* qui modo *Reip. Christianæ* præsidet. *Coloniæ* apud *Maternum Cholinum.* 1562. in fol. M. Editio rara, & integra.

PLATINA (Bapt.) Opus de vitis ac gestis summorum Pontiff. ad Sixtum IV. Pont. Max. deductum: fideliter a littera ad litteram denuo impressum secundum duo exemplaria, quorum unum fuit vivente adhuc auctore anno 1479. alterum anno 1529. editum. Anno 1745. in 12.

Editionem hanc catalog. biblioth. Feuerlinianæ perhibet esse *raram*, & *incorruptam*. Habemus quoque Italicam in 8. sine loci & anni nota perinde raram.

PLATONIS Opera latine. — Impressum Florentie per Laurentium Venetum in fol. min. sine anno.

Editio, ut Engel fatetur, *rarissima*. Latinam e græca fecit Marfilius Ficinus, qui, quam diligentiam adhibuerit, lectorem his verbis monet: *Ne forte putes amice lector, tantum opus editum temere, scito, cum jam composuissem, ante quam ederem, me censes huic operi plures adhibuisse, Demetrium Atheniensem non minus philosophia & eloquio, quam genere Atticum; Georgium Antonium Vespucium, Joan. Bapt. Boninsegnium, Florentinos viros latine lingue greceque peritissimos; usum præterea acerrimo Angeli Politiani doctissimi viri iudicio, usum quoque consilio Christoph. Landini & Barthol. Scæli virorum clarissimorum &c.* Ad calcem Naldus Nandius in laudem Platonis, & Marfilii elegos subjungit, quorum postremi hi sunt:

Marfilius terris alter Plato redditus est, qui

Facitet hec eadem, que dedit ille prius.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ἀπαντα τὰ σωζόμενα. Platonis opera omnia quæ extant, ex nova Joannis Serra-

ni interpretatione. Parisiis excudit Henricus Stephanus. græc. & lat. 1578. in fol.

Catalogus biblioth. Salthenianæ editionem *raram*, ac *præstantissimam* vocat.

PLATUS (Platinus). Huic libello hæc insunt. Platini Plati Mediolanensis ad magnificum Thomam Thebaldum Bononiensem, Equitem auratum, ac Ducalem, Senatorem clarissimum libellus de carcere. Item *Marcellini Verardi* Cæsenatis Ferdinandus servatus. — Argentorati ex officina Matthiæ Schurerii Selestenfis, mense Aprili. 1513. T. O. in 4. folior. 20.

Præfatur Beatus Rhenanus ad Guiliel. Nesenum Anaxopolitanum. Author plerisque fere ignotus esse videtur. Gesnerus velut ob iter illius in hæc verba meminit: *Platini Plati carmina quædam leguntur in libro epigrammatum scholæ Christianæ Basileæ impresso*. Argumentum ex re authori natum est, dum in carcerem ab Insubrum Duce, ut ait, quinto coniectus esset. Ita enim inter cetera ad Divum Petrum :

Da libertatem, quam dux mihi quintus ademit

Insubrium, sævo me pridem carcere torquens.

Hunc vero Galeatium Mariam Sfortiam, a sævitia celebrem fuisse, puto ex illo ad eundem Principem versu confieri :

Fertur, ubi fætam Bona dux compresserit alvum,

Arva petiturum protinus ista Ducem.

Nam Bonam Ludovici Sabaudie Ducis filiam post Dorotheæ Gonzagæ mortem, huic Sfortiæ nuptam

fuisse constat, ex quo tres liberos eam suscepisse poeta noster illis ad Ducem indicat :

Bis tua te fecit conjunx fœcunda parentem,
Bis plausus hausi, lætitiæque sonos.

Causas captivitatis suæ in prolixa ad Ducem elegia illo disticho complectitur :

Me tua criminibus censura notasse duobus
Visa est; audacem, non stabilemque vocat.

An in Ducem fuerit dicax, an potius defecerit ad hostes Reip. compertum non habeo. Ingentis animi virum, itaque novandis in utramque partem rebus idoneum fuisse, illa videntur ostendere, quæ illi umbra parentis in somno comparens edixerat :

Ingentes reprimas animos, fastidit olympus
Cervices hominum, persequiturque Deus. &c.

Non potes o prisco, dignissime, tempore nasci,
In quo permagni spiritus acer erat.

Nunc illi periere animi, cum viribus illis,
Si sapias, antiquos lauda, imitare novos.

Felix, si nunquam legisses facta Quiritum,
Nec tibi Sfortiadum gloria visa foret. &c.

Carceris, in quo tenebatur, squalorem ita depingit :

Nox erat, horrendo dederam mea membra cubili,
Nuda quod in tetro carcere terra dabat.

Locum, & tempus captivitatis in voto ad Divam Virginem Lauretanam, cujus ope liberatus est, hoc tetra-sticho designat :

Hanc tibi cœlorum posuit regina tabellam,
Testaturque tuam Virgo Platinus opem.

Quem specus afflixit, cui triste Moguntia nomen
Dat, quam longa fuit Luna quaternæ quater.

PLAUTI (M. Accii) linguæ latinæ principis comœdiæ XX. cum commentariis Bernardi *Saraceni*, Joan. Petri *Vallæ*, Pyladis *Brixiani*: nec non observationibus *Pii Bononiensis*, *Grapaldi* & *Anselmi* epiphillidibus, adjuncto *Luca Olchinenfis*. indice grammatico, & iconibus ligno incisis. — Finiunt XX. Plauti comœdiæ post omnes impressiones ubique terrarum excusas diligentissime recognitæ, summaque diligentia castigatæ, impressæque Venetiis per Melchiorem Sessam, & Petrum de Ravannis socios. 1518. die duodecimo Augusti, in fol.

Editio rara, & ab Harvoodo præterita.

————— Zwo comedien des synreichen poeten Plauti, nämlich in *Menechmo*, unnd *Bacchide*. Nachvolgend ain Comedien Ugolini Philegenia genant. Geteutsch durch den wirdigen und hochgelerten Herrn Albrecht von Eybe. Getruckt in der Kaiserlichen Statt Augspurg durch Hainrich Steyner am V. Tag Julii. 1537. in 4. cum figg. rudissimis. *Libellus infrequentior*.

PLINII (Caji Secundi) Historia naturalis. — Caji Plinii Secundi naturalis historiæ liber XXXVII. & ultimus finit. Venetiis impressus opera & impensa Thomæ de Blavis de Alexandria. 1491. die III. mensis Novembris. Regnante Augustino Barbado inclito Venetorum Duce. in fol.

.. Editio *rarior*. Annales Maittairii typographi nomen exprimunt de *Blancis*: nostrum exemplar contra exserte habet de *Blauis*.

PLINII (Gaji Secundi) Naturalis historiae libri XXXVII. nuper studiose recogniti atque impressi, adjectis variis Antonii Sabellici, Raphael Volaterrani, Beroaldi, Erasmi, Budei, Longolii adnotationibus, quibus Mundi historia vel restituitur, vel illustratur. — Impressa est Lutetiae hæc mundi historia ex diligentissima recognitione, impensis Beraldi, & Reginaldi Chalderii. 1516. XVI. Calend. Decemb. in fol. *Editio rara, & Maittairio ignota*.

————— Divinum opus, cui titulus: historia mundi multo quam antehac unquam prodiit, emaculatus, idque primum ex annotationibus eruditorum hominum, præsertim Hermolai Barbari, deinde ex collatione exemplariorum, quæ hæctenus opera doctorum nobis, quam fieri potuit, emendatissime sunt excusa; postremo ex fide vetustissimorum Codicum, ex quibus non pauca restituimus, quæ alioqui nemo, quamlibet eruditus, vel deprehendit, vel deprehendere poterat. Absit invidia dicto. Vicimus superiores omneis. Si quis hanc palmam nobis eripuerit, non illi quidem invidemus, sed studiis publicis gratulabimur. Bene vale lector, & fruire Ἀγαθῆ τύχῃ. Additus est index;

in quo nihil desideres. Basil. apud Joannem Frobenium, mense Martio. 1525. in fol.

Editio *perrara*, & si titulo credimus, omnium earum, quæ præcessere, optima. Laudat illam Erasmus in epistola ad Stanislaum Turzonem episcopum Olomucensem: *Ita vigilatum est, inquit, ut meo periculo non dubitem polliceri, nunquam hæcenus exisse Plinium felicius tractatum. Accessit officinæ Frobenianæ majestas, nitorque &c.*

PLINII (C. SECL.) Naturalis historiæ libri XXXVII. a Paulo Manutio multis in locis emendati. Castigationes Sigismundi Geleni. Index plenissimus. Venet. apud Paulum Manutium, Aldi F. 1559. in fol. *Liber perraro obuius.*

————— Liber VII. naturalis historie seorsum impressus, & emendatus perquam diligenter. Joan. Singrenius calcographus impressit Viennæ summa diligentia, & impensis suis. XVIII. Kal. Maji. 1515. in 4. M.

Editio *rara*, & nitidissima. Præfatur Joach. Vadianus ad adolescentes Cantores, qui publico Cæsaris stipendio Viennæ alebantur, qui idem hanc monitionculam in fine adnectit. *In calce monendus est lector, ne Cap. Pli. LV. hujus libri lecto, & intellecto, fidem aliquam dedat. Involutus enim Epicureorum erroribus autor ea sensit, quæ nec veritas, nec religio nostra sustinet.* Quam pauci hodie ederentur libri, si hæc monitio locum haberet.

————— In I. & II. Cap. libri XXX. Commentarius. Cui præterea adjecta est de fascinatio-

nibus disputatio elegans, & erudita. Item de incantatione, & adjuratione, collique suspensione, epistola incerti authoris, una cum Joan. Trithemii Abbatis Spancheymensis — — in libros suos steganographiæ epistola apologetica &c. quibus difficultates Plinianæ, præsertim Magicæ omnes explicantur, & tolluntur &c. nunc primum conscripta, & edita, cura & diligentia D. G. H. R. M. & M. Wirczburgi per Joan. Mylium. 1548. in 4. M.

Opus *rarum*: meminit illius quidem Fabricius biblioth. Lat. Tom. II. edit. Lips. 1773. pag. 205. sed foli Trithemio adscribit.

PLINII (Caji) junioris, Novocomensis epistolarum Libri X. Argentine. 1508. in 4. *Liber rarus*.

———— Epistolarum libri X. in quibus multæ habentur epistolæ non ante impressæ. Tum græca correctæ, & suis locis restituta, atque, rejectis adulterinis, vera reposita. In medio etiam epistolæ libri VIII. de Clitumno fonte non solum vertici calx additus, & calci vertex, sed decem quoque epistolæ interpositæ, ac ex IX. libro octavus factus, & ex octavo IX. idque beneficio exemplaris correctissimi, & miræ ac potius venerandæ vetustatis. Ejusd. Panegyricus Traiano Imp. dictus. Ejusd. de viris illustribus in re militari, & in ad-

ministranda Rep. *Suetonii Tranquilli* de claris Grammaticis, & Rhetorib. *Julii Obsequentis* prodigiorum liber. Epistolæ X. libri ad Trajanum probantur esse Plinii in sequenti epistola. Inibi etiam liber de viris illustribus, non Tranquilli, sed Plinii esse ostenditur. Venet. in ædibus Aldi, & Andreae Asulani Soceri. 1508. in 8, M.

Editio *perrara*, ut Freytag, & Engel affirmant.

PLINII junioris epistolarum libri IX. Ejusdem Plinii libellus epistolarum ad Trajanum cum rescriptis ejusdem Principis. Ejusd. panagyricus (sic) Cæsari dictus cum enarrationibus Joann. Mariae Catanei. Impressum Venetiis per Joan. & Bernardinum fratres de Lisona Vercellenses. 1510. die decimoquarto mensis Decemb. in fol.

Catalogus biblioth. Schwarzianæ librum *raris* accenset.

————— Epistolæ, & sententiæ. Florentiæ. apud Philippum Juntam, 1515. in 8.

Editio nitida, ac *rara*, ad exemplum Aldinæ excerpta.

————— Epistolarum libri X. in quibus multæ habentur epistolæ non ante impressæ. Tum græca correctæ, & suis locis restituta, atque rejectis adulterinis vera reposita. Item fragmentatæ epistolæ, integræ factæ. Argent. ex offic. Huldendorphi Morhardi mense Novemb. 1521. in 4.

Editio *rara*: præfatur Beatus Rhenanus ad Jo. Rufferum Novientanum. Editio ad Aldinam anni 1508. exacta est.

PLINII junioris de viris illustribus in re militari, & administranda Rep. *Suetonii Tranquilli* de claris Grammaticis, & Rhetoribus. *Julii Obsequentis* prodigiorum liber. Argent. ex ædibus Mathiæ Schurerii. 1514. in 4. M. *Liber infrequens*.

PLOTINI divini illius in Platonica familia philosophi, de rebus philosophicis Libri IV. in eneadas sex distributi, a Marsilio Ficino Florentino e græca lingua in latinam versi, & ab eodem doctissimis commentariis illustrati. Basil. apud Petrum Pernam. 1559. in fol. *Opus rarum*.

PLUTARCHI Chæronensis, quæ extant, opera cum latina interpretatione. Ex vetustiss. codd. plurima nunc primum emendata sunt, ut ex Henrici Stephani annotationibus intelliges, quibus & suam quorundam libellorum interpretationem adjunxit. *Aemilii Probi* de vita excellentium Imperatorum liber. Excudebat Henricus Stephanus. 1572. in 8. Tom. VI.

Catalogus biblioth. Frid. Christii vocat *collectionem raram*, & *præstantissimam*, Harwoodus addit, *correctissimam* quoque esse. Tres priores Tom. græci, ceteri latini sunt.

————— Parallela, hoc est, vitæ illustrium virorum græci nominis, ac latini, prout quæque

alteri convenire videbatur, accuratius quam antehac unquam digestæ. Græce. Basileæ per Andream Cratandrum, & Joan. Bebelium. 1533. in fol. *Editio perrara, & preciosa.*

POCOCKII (Eduardi) Specimen historiæ Arabum. Vide *Abul-Pharajii.*

POETARUM veterum Græcorum Georgica, Bucolica, & Gnomica. Cum If. Hortiboni Theocriticarum lectionum libello. græc. & lat. 1584. in 12. M. *Editio rara.*

———— veterum Ecclesiasticorum opera Christiana. Vide *Fabricii Georgii.*

POLANI (Amandi) a Polansdorf sylloge thesium theologiarum ad methodi leges conscriptarum, & disputationibus *Rob. Bellarmini* præcipue oppositarum. Basil. per Conradum Waldkirch. 1597. in 8. *Liber rarus.*

POLCASTRIS (Sigismundi de) questiones de ætuatione medicinarum: — — de appropinquatione ad equalitatem ponderalem — — de restauratione humidi — — de reductione corporum — — de extremis temperantie — — Eximii doctoris Sigismundi de polcastris patavini questiones desinunt impresse Venetiis mandato & expensis domini Benedicti Fontane Veneti. Per Jacobum Pencium Leucensem. Anno domini 1506.

die 13. julii regnante inclyto Leonardo lauredano Venetiarum Principe. in fol.

Opus *perrarum*: & Maittairio ignotum: in Gesnero etiam nomen authoris frustra quaesivi.

POLI (Reginaldi) Cardinalis de Concilio liber. Romæ apud Paulum Manutium Aldi. 1562. in 4.

Ita catalogus biblioth. Collegii Soproniensis olim Soc. J. Gesnerus contra libros II. memorat, quorum prior de concilio, alter de reformatione Angliæ tractet, & Venetiis a Paulo Manutio editi sint anno 1562. in 8. Non est dubium, quin Gesnero malim, quam catalogo Soproniensi in multis erroneo, credere, si tamen verum sit, Romæ editum librum esse, tum quidem editio *perquam rara* est.

POLITIANI (Angeli) opera omnia, & alia quædam lectu digna, quorum nomina in sequenti indice videre licet. — Venetiis in ædibus Aldi Romani, mense Julio. MIID. (1498.) Impetramus ab illustri. Senatu Veneto, in hoc libro idem, quod in aliis nostris. in fol.

Liber, teste Freytagio, *rarissimus*, & *splendidissimus*, quod typi elegantia, & chartæ nitor omnino confirmant. Præfatur Manutius ad Marinum Sannutum Leonardi filium: ad calcem post registrum additur Monodia in Laurentium Medicem, authoris, nisi forte Manutii sit, incerti. Certe in indice operum Politiani nusquam locum habet.

————— Epistolarum Libri XII. Argentorati ex officina Schüreriana, mense Augusto. 1513. Regnan. Cæsa. Maximiliano. P. F. Aug. in 4.

Editio

Editio *rara*. In fine adnexa est ejusdem præfatio in Svetonii expositionem.

POLITIANI (Angeli) Epistolarum libri XII. Basileæ apud Cratandrum. 1522. in 8. *Liber rarus*.

POLITI (Nicolai) alias Burgois, Bruxellensis, in illustris Principis reginæ Annæ, regiæ Romanorum, Hungariæ, Boh. &c. Majestatis Ferdinandi I. Conjugis obitum, carmen funebre. Viennæ Austr. excudebant hæredes syngrenii. 1547. in 4. M. *Opusculum perrarum*.

POLLUCIS (Julii) Onomasticon Rodolpho Gualtero Tigurino interprete. Basil. apud Robertum Winter. 1541. in 4. *Editio rara*.

De POLONICA electione in comitiis Warsaviensibus anni 1587. acta, & quæ secuta sunt ad coronationem Sigismundi III. & captum Maximilianum. Accessit de forma regni, & regibus Poloniæ index brevis. 1588. in 4. M. sine l.

Scriptum *perrarum*: additur in fine schema genealogicum, vi cuius Sigismundo potius jus in Poloniam, quam Maximiliano, competere author ostendit.

POLYBII Historiarum Libri V. græce & latine. Hagenoæ 1530. in fol.

————— Historiarum libri priores V. Nicola Perotto episcopo Sipontino interprete. Item epitome sequentium librorum usque ad XVII.

Wolfango Musculo interprete. Basil. per Joan. Hervagium. 1549. græc. & lat. in fol. *Utraque editio rara.*

PONTANI (Joviani) opera poetica : Vrania , sive de stellis libri V. Meteororum lib. I. De hortis Hesperidum libb. II. Lepidina , sive pastorales pompæ VII. Item Meliseus, Mæon, Acon. Hendecasyllaborum Libb. II. Tumulorum lib. I. Neniæ XII. Epigrammata XII. Venetiis in ædibus Aldi Romani. 1505. in 8. *Liber perrarus.*

————— Ad L. Franciscum filium meteororum liber cum epistolio Vadiani. Viennæ Austriæ per Joan. Singrenium. 1517. in 4. *Editio rara.*

————— De immanitate liber unus cum scholiis Jacobi Spiegel Sletstadiensis. Augustæ Vindellicorum in offic. Sigism. Grimm medicinæ Doct. & Marci Virsung. 1519. in 4. *Liber rarus.*

PORPHYRII Phoenicis Isagoge in Dialecticem, quinque universalium naturam , proprietates , ac communitates explicans. Viennæ Austr. typis Egidii Aquilæ 1550. in 4. *Liber raro obvius.*

PORTAE (Jo. Bapt.) Neapolitani phytognomonica octo libris contenta. In quibus nova , facillimaque affertur methodus , qua plantarum , animalium , metallorum , rerum denique omnium

ex prima extimæ faciei inspectione quivis abditas vires assequatur. Accedunt ad hæc confirmanda infinita propemodum selectiora secreta, summo labore, temporis dispendio, & impensarum jactura, vestigata, explorataque. Neapoli apud Horatium Salvianum. 1588. in fol. cum figg.

————— Magiæ naturalis libri XX. ab ipso authore expurgati, & superaucti, in quibus scientiarum naturalium divitiæ, & deliciae demonstrantur. ibid. 1589. in fol.

Utrumque opus *perrarum* : prius illustri Marino Bobali, alterum Junio Bobali Raguseis Andreæ filiis inscribit.

PORTÆ (Sanctii) sacri ord. Predicatorum sermones hiemales & estivales de tempore. Lugduni opera & industria probi viri Joannis Cleyne alemanni chalcographi & bibliopole. 1513. in 4. *Liber infrequens.*

POSSEVINI (Antonii) de Soc. Jesu, epistola ad Stephanum I. (Bathory) Poloniae regem serenissimum adversus quemdam *Volanum* hæreticum Lituaniæ. Ejusd. Ant. Possevini scriptum magno Moscoviæ Duci traditum, cum Angli mercatores eidem obtulissent librum, quo hæreticus quidam ostendere conabatur, Pont. Max. esse anti-Christum. Ingolstadtii ex offic. Wolfgangi Ederi. 1583. in 12.

Liber *rarus*, ut plerique ejus sunt, quos religionis causa conscripserat.

POSSEVINI (Ant.) adversus *Davidis Chytræi* hæretici imposturas, quas in oratione quadam inseruit, quam de statu ecclesiarum hoc tempore in Græcia, Asia, Africa, Hungaria, Boemia inscriptam edidit, & per Sveciam, ac Daniam diffeminare curavit. *ibid.* 1583. in 12.

————— Responsiones ad nobilissimi viri septemtrionalis interrogationes, qui de salutis æternæ comparandæ ratione, ac de vera Ecclesia cupiebat institui. Additus est modus, quo verbum Dei, & Patrum libri legendi, ac legitima concilia ab illegitimis discernenda sunt. Catalogus item auctorum, qui adversus hæreses adhibendi sunt. *ibid.* 1583. in 12.

Sotuellus librum hunc vocat, *responsionem Regi septemtrionali, qui in fide catholica voluit instrui*. Haud scio, an recte ex nobilissimo viro regem creaverit.

————— Interrogationes & responsiones de processione Spiritus Sancti a Patre & Filio: desumptæ, ac brevioræ, & dilucioræ ordine digestæ ex libro Genadii scholarii Patriarchæ CP. in gratiam, & utilitatem Rutenorum. Legant Ruteni, nec legisse, ac credidisse unquam eos poenitebit. *ibid.* 1583. in 12.

Sotvellus opusculi hujus meminisse oblitus est.

POSSEVINI (Ant.) Notæ divini verbi, & Apostolicæ Ecclesiæ fides ac facies, ex quatuor primis oecumenicis synodis. Ex quibus demonstrantur I. fraudes provocantium ad solum Dei verbum scriptum. II. atheismi hæreticorum hujus seculi. III. Errores adversantium Kalendario emendato. IV. vafrities pervertentium canones, & abutentium nomine SS. Patrum, ac Principum in re fidei. Adversus responsum cujusdam Davidis Chytræi. Posnaniæ in majore Polonia typis Joan. Wolrabii. 1586. in fol.

De sectariorum nostri temporis atheismo liber. Confutatio item duorum pestilentissimorum librorum a Ministris *Transilvania* editorum, ac theseon *Francisci Davidis* adversus sanctissimam Trinitatem. Præterea antithesis hæreticæ perfidæ contra singulos articulos orthodoxæ fidei. Colon. ex offic. Birckmaniana. 1586. in 8.

Libellus in Hungaria *perquam rarus*, ex majori opere, quod paulo ante indicavi, excerptus est opera *Stephani Bodo* Transilvani, & *Stephano Bathory* Poloniæ regi dicatus. Hæc illic Bado. *Antonius Possévinus Soc. J. regis Majestati vestræ satis cognitus, magnum opus prælo dedit* (Joanni III. Svecorum, regi inscriptum). *quo responsum cujusdam Chytræi refutans, hæreticorum aliorum fraudes aperuit* ---. *Sed ut opus illud non ita facile quaquaversum disseminari poterit, sapientum consilio, theologorum judicatum est expedire, ut in varia opera partitum emitteretur in lucem. Cum vero hæc pars utilissima*

fit, --- ego, qui R. M. V. Clementia in hac Vilnensi Academia hanc ipsam materiam, de qua hoc libro agitur, haurio, laborem viri de nobis optime meriti, edendum, & R. M. V. dicandum putavi: tum quoniam patriæ nostræ pernecessarius est, tum quod V. R. M. non modo nunc, sed & cum Princeps Transylvaniam regeret, satis ostendit, quam sibi pestes istæ hæresum displicerent, cum Ariani cujusdam impii manu scriptum librum in ignem injiciens dixit: Satis pestium importatum est in Trans-
„ silvaniam, ut in eam ne istud quoque venenum in-
„ fundi patiamur. „ Sed & micat latius splendor
catholicæ religionis, quem sive in orientem, seu in septemtrionem constanter invehit curat, ut hæc una causa satis futura fuisse videatur, cur R. M. V. pleraque ejusmodi a pluribus dicentur. &c.

POSSEVINI (Ant.) Moscovia. Vilnæ in Lituania apud Joannem Velicensem. 1586. in 8. M.

Liber rarissimus, præter scriptum contra mercatores Anglos Magno Moscoviæ Duci traditum, continet duos commentarios ad Gregorium XIII. Pont. Max. de rebus Moscoviticis, quorum prior de statu rerum, & ingenio gentis, tum de ratione Legationis ad eos obeunda: alter vero de difficultate, spe, & rationibus propagandæ apud illos Catholicæ religionis agit. Colloquium publicum authoris de religione Catholica habitum die 21. Febr. 1582. cum Joanne Basilii Magno Moscoviæ Duce in ejus Regia, Senatoribus Ducis, ac centum aliis Proceribus præsentibus. Capita, quibus Græci, & Rutheni a Latinis in rebus fidei dissenserunt, postquam ab Ecclesia Catholica Græci descivere, eidem Magno Duci tradita die 3. Martii 1582. in urbe Moscuæ. Acta in conventu Legatorum Sereniss. Poloniæ regis Stephani, & Joannis

Basilii Magni Moscoviæ Ducis , præfente Possævino nomine Gregorii XIII. Pont. Max. anno 1581. mense Decembri , in Chiurova Horca ad Jamum Zapolsciæ in Moscovia.

POSSEVINI (Ant.) Apparatus ad omnium gentium historiam. Expenduntur historici græci, latini, & alii. Quonam modo per seriem temporum legendi, & ad usum adhibendi: quinam veraces, aut supposititii, vel mendaces, vel labe aliqua, aut hæresibus aspersi: & methodus ad geographiam tradendam. Venet. apud Jo. Bapt. Ciottum senensem. 1597. in 8. M.

Editio *rara*, & Sotuello in biblioth. scriptorum Soc. Jesu ignota.

POSSEVINI (Ant.) Historia & genealogia domus Gonzagæ cum addit. Mantuæ. 1628. in fol.

Baverus monet, librum esse *perrarum*, Sotvellus nuspjam illius, hoc quidem titulo, meminit, ut adeo vel homonymi alterius, aut postumum opus, aut Sotvello ignotum fuisse videatur.

POSSINI (Petri) Soc. Jesu, de anno natali S. Francisci Xaverii Dissertatio. Tolosæ. 1677. in 8.

Editio *perrara*, & ab Sotvello omissa.

POSTELLI (Guliel.) Barentonii mathematicum in Academia Lutetiana Professoris regii, de orbis concordia libri IV. multijuga eruditione, æ

pietate referti, quibus nihil hoc tam perturbato reram statu vel utilius, vel accomodatius potuisse in publicum edi quivis æquus lector judicabit in fol. sine anni, & loci nota.

Liber, ut Vogt. refert, *rariſſimus*, antiquior tamen eſt Liber I. hujus operis, qui Pariſiis apud Petrum Gromorſum in 8. ſine anni indicio prodiit. Noſtrum exemplar Geſnerus, & ex hoc Maittairius Baſileæ apud Joan. Oporinum anno 1544. exſcriptum eſſe perhibent. Librorum hæc ſunt argumenta. I. religionis Chriſtianæ placita rationibus philoſophicis docentur. II. Vita & educatio, moreſque Muhamedis legiſlatoris Arabum, ejuſque ſectatorum traditur, & Alcoranus a capite ad calcem ex Arabico excutitur, & refutatur. III. Quid commune totus orbis tam jure humano, quam divino habeat. IV. Qua arte, ſine ſeditione, falſæ de Deo, diiſve perſuaſiones ad veram pertrahi poſſint.

POSTELLI (Guliel.) De univerſitate liber, in quo aſtronomiæ, doctri næve coeleſtis compendium terræ aptatum, & ſecundum coeleſtis influxus ordinem, præcipuarumque originum rationem totus orbis terræ, quatenus innotuit, cum regnorum temporibus exponitur. Sed ante omnes alias orbis partes terra ſancta, ſummo, hoc eſt, ampliſſimo compendio deſcribitur: cui Gallia ob primarium orbis nomen, & juſ ſubſtituitur, eo, quod ambæ toti orbi legem ſunt daturæ. Ex typographia Joan. Guellartii ad Phœnicem, e regione collegii Remenſis. 1552. in 4.

Vogt, Engel, & bibioth. Saltheniana Libros II. memorant, Parisiis anno 1563. in 4. & Lugd. Bat. 1635 in 12. excufos; videtur proinde istis nostri exemplaris editio non fuiffe cognita, & author ferius postea auctarium adjeciffe. Is nomen suum in titulo his verbis profitetur: *Guilielmo Postello restituto in regni Evangelici assertionem authore*. Ceterum nescio, quo animo vaticinium de Gallia toti orbi legem datura, aliqui accepturi sint.

PRACTICA, und prognostication zweyer furnemblichen, und weit berühmten inn der mathematick, M. Johan Carionis, und M. Salomon der Statt Rüremond Physicum, darinn bis auff 1560. jar wunderliche, und erschrockliche prophезien gemeldt, ein jeden geystlichen und weltlichen vast notwendig zu wissen. Zu letzt kompt die offenbarung Raymundi. Argentor. apud Jac. Camerlander. 1543. in 4. M.

———— Die gros wahrhafftig bis man zelt 1581. jar. Darinn werden aus der schweren conjunction Saturni und Jupiters anno 1484. und grossen eclypsis der sonnen anno 1485. auch aus der sorglichen, gewaltigen, und onglückseligen zusammenfügung aller Planeten inn den Fischen geschehen anno 1524. grosse, wichtige, schwere, sorgliche, erschreckliche, und zuvor nie gehörten, und allen ständen wol acht zünemende Händel prophezeien angezeygt durch den Bilger *Ruth* im walt verborgen, und M. Johann. von *Hafzfurt* an tag

geben. Argentor. apud eund. in 4. sine anno. M.
Utrumque scriptum infrequens.

PRAEADAMITAE. Vide supra *Peyrerii.*

PRAECEPTA viginti, elegantiarum ad pulchras
conficiendas epistolas. in 4. sine l. & a plagular. 8.

Typus monasticus initianti seculo XVI. respondens.

PRICEI (J. Anglo-Britanni) Matthæus ex
sacra pagina, sanctis Patribus, græcisque, ac la-
tinis gentium scriptoribus ex parte illustratus. Pa-
risiis. 1646. in 4. *Liber rarus.*

PRIERIO (Silvestri de) sacre theologie, om-
niumque bonarum artium professoris, congrega-
tionis Lombardie, sacri ord. Predicatorum in
spheram, ac theoricis preclarissima commenta. Im-
pressa Mediolani per Gotardum de Ponte, 1514.
prima die Julii. in 4.

Editio *perrara*, & Maittairio non cognita.

PRIMASII Uticensis in Africa episcopi com-
mentaria in apocalypsin. Basil. 1544. in 8. *Liber
infrequens.*

PRISCIANUS. Habes candide lector in hoc
opere Prisciani volumen majus cum expositione
elegantissima Cl. philosophi *Joan. de Aingre.* Ha-
bes insuper ejusdem volumen minus, & de XII.
carminibus, ac etiam de accentibus cum exposi-
tione viri eloquentis. *Dan. Caietani* nunc primum
edita. Habes præterea de numeris: ponderibus:

& mensuris. De præexercitamentis Rhetoricæ : de versibus comicis : de delineationibus : nec non de situ orbis. Omnia quippe accuratissime emendata. — Impressum Venetiis per Bonetum Locatellum, impensis nobilis viri domini Octaviani Scoti Mo-doetiensis. 1496. IX. Kal. Martias, Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum Duce. in fol.

Editio *rara*. Si typographus verum dicit, expositionem Danielis Caietani nunc primum editam esse, nescio, qui cohæreant illa, quæ Baverus Part. III. pag. 253. ex Freytagio, & Schwarzio de Veneta editione anni 1476. memorat.

PROBÆ (Valer. Falconiæ) præstantis ingenii femine præclarissimum Centonum opus veteris pariter ac novi testamenti : & si non omnia, præcipua tamen misteria colligens, acuratissime nuper recognitum. — Impressus Parisius in campo gallardo pro Joanne Petit commorante in vico divi Jacobi sub Leone argenteo. Anno 1509. in 4. *Editio perrara.*

PROBUS (M. Valer.) Hoc in volumine hæc continentur. M. Val. Probus de notis Roma. ex codice MS. castigatior, auctiorque, quam unquam antea factus. *Petrus Diaconus* de eadem re ad Conradum I. Imp. Ro. *Demetrius Alabardus* de minutiis, Idem de ponderibus, & mensuris. *Ven. Beda* de computo per gestum digitorum : de loquela : de ratione unciarum. *Leges XII.* Tabula-

rum : *Leges Pontificiæ Ro. Variæ verborum conceptiones*, quibus antiqui cum in rebus sacris, tum prophanis uterentur, sub titulo de *ritibus Romanorum* collectæ. *Phlegontis Tralliani* epistola de moribus Aegyptiorum. *Aureliani Cæs.* epistola de officio Tribuni militum. *Inscriptiones antiquæ* variis in locis repertæ, atque aliæ, quam quæ in Romano codice reperiuntur. Hæc omnia nunc primum edita. Venetiis in ædibus Joannis Tacuini Tridinenfis mense Februarij. 1525. in 4, M. *Liber rarissimus.*

PROCLI (Diadochî) Sphæra astronomiam discere incipientibus utilissima Thoma Linacro Britanno interprete. Appendicula G. T. Collinitii de ortu & occasu siderum, ut est apud poetas, Varonem, Columellam, Pliniumque, & cæteros. Viennæ Paunoniæ, per Hieronymum Vietorem, & Joannem Singrenium. Mense Novembri. 1511. in 4.

Editio *rara*. Præmittit Joann. Abhauser Vindelicus octastichon ad Lectorem: in fine adduntur versus XII. *authoris*, ut typographus ait, *incerti*, cum tamen sint Ausonii ex eclogario sumti, quibus 42. imagines ab Hygino descriptæ comprehenduntur.

———— Paraphrasis in IV. Ptolemoei libros de siderum effecttionibus, cum præfatione Philip. Melanthonis. græcè. Basil. apud Joan. Oporinum. 1554. in 8. *Liber rarior.*

PROCOPII Cæsariensis ANEXΔΟΤΑ, seu historia arcana (de Justiniano Imp.) *Nicolao Alemanno* defensore primum ex bibliotheca Vaticana prolata. Nunc plerisque in locis συγγερόων testimoniis falsitatis convicta a *Joanne Eichelio* Franco. Helmeſtadii typis Henningi Mulleri. 1654. in 4. M.

Liber *rarus*: adjunctum est illi opusculum Thomæ Rivii de eodem argumento, *ibid.* editum.

PROCURATORES tractatus editus sub nomine dyaboli quando peccit justitiam coram Deo, & beata virgo Maria se opposuit contra ipsum, & obtinuit, nec non obmutuit pugna contra genus humanum — Finitus & impressus est presens tractatus per magistrum Bartholomeum Guldinbeck de Sultz anno jubilei. 1474. die vero lune videlicet XI. Septem. in 4.

Fuit Guldinbeck inter typographos Romanos, ut refert Franc. Xav. Layre Part. I. pag. 114. igitur suspicor opusculum hoc, sicut alia quoque, quæ Notas *B. G. de Sultz* exhibent, Romæ edita esse. Hoc si valet, coepit is artem suam ante annum 1476. in urbe exercere, contra quam Laire existimat: quamquam idem Part. II. pag. 227. errorem suum videatur corrigere, cum Joan. de Turrecremata tractatum *de aqua benedicta* &c. ab eodem Guldinbeckio Romæ an. 1475. editum ex Dominico Mannio refert. Hinc ad compendiaras Notas *B. G.* quas in articulo. *Modus servandus in executione gratie* &c. retuli, & ad locum editionis prona conjectura est. Ceterum si idem Tractatus Romæ per Stephanum Planck anno 1486.

editus inter *rarissimos* censerì solet, nostra hæc editio inter *longe rarissimas* referri debet. Certe Maittaireo ignota fuit, ut & nomen typographi *Guldinbeckii*.

PROMPTUARIUM argumentorum dialogice ordinatorum a duobus mutuo sibi objicientibus per contrarias rationes presuppositis conclusionibus tamquam sagittariorum signaculis disputatum : quod est, dum materia expostulat, etiam problematicum. Utile & necessarium omnibus, qui volunt rectum impetrare argumentandi & solvendi modum. In supplementum illorum collectum, qui, dum disputant, argumenta excogitare non possunt. — Hoc præsens opusculum elaboratissime copulatum, magnaue diligentia correctum, impressum est in sancta civitate Colonia per Henricum Quentell. 1496. pridie Non decembris. in 4. *Editio rara.*

PRUDENTIUS (Aurel. Clemens) Theodori Pulmanni Cranenburgi, & Victoris Gisleni opera, ex fide decem librorum manu scriptorum emendatus, & in eum ejusdem Victoris Gisleni commentarius. Antverpiæ ex officina Christoph. Plantini. 1564. in 8. M.

Editio *pernitida & rara*, ab Harvoodo, quod miror, prætermissa, qui duas Antverpienses citat, unam sine anni indicio in 12. alteram in 8. anni 1664 cum Pulmani, Gisleni, & aliorum Notis.

PSALMORUM liber Davidis regis, & Prophete, ex Arabico in latinum translatus a Victo-rio Scialac Accurenfi, & Gabriele Sionita Ede-nienfi Maronitis e monte Libano, recens in lu- cem editus munificentia illustris. & excellentis. D. Francisci Savary de Breves regis Christianis- simi a consiliis, ejusque apud Paulum V. Pont. Max. Oratoris etc. Romæ ex typogr. Savariana. 1614. in 4. *Editio in nostris ditioribus perquam rara.*

PSALTERIUM. Latine in 8. sine l. & anno.

Typus, ut mihi quidem videtur, ad ligneum ac- cedens. Nullæ paginarum notæ, nulli reclamantes, & signaturæ. Initiales psalmorum litteræ & verficulo- rum rubro, ac cæruleo colore alternis pictæ: litteræ magnam partem sibi inæquales: syncopationes non plurimæ, si quæ sunt, fere in *con, us, um, & unt*: littera *i* promiscue jam puncto, jam caudula notatur; verficulorum sententiæ duobus punctis secernuntur, finem psalmorum raro terminat punctum, id si ali- quando fit, quadrum potius, quam rotundum est: prima psalmorum linea in Decem primis psalmis in- tegralis est, in ceteris vix ultra tres, quatuorve voces excurrit. Charta est alba, & levigata, signum illius litteram M. in oblongum contractam, & transversa linea interceptam refert. Sunt, qui viso diligenter li- bro, non dubitarint, eum ex Fausti typographia pro- diisse: id ut ego affirmare non auctim, ita certum ha- beo, ad prima typographiæ tempora pertinere. Pos- sessor sua manu hæc adnotavit. *Andreas Czeman- ka Pannonius Turocz - Trnoviensis Crembnicii M. DCC. XXIV. e rudibus famosiss. quondam bi-*

*bibliothecæ Pinnerianæ angustitius comparabat. Con-
junctus ei est liber MS. seculi XV. hoc titulo. Nota
iste orationes hic sequentes composuit honorabilis
doct̃or Achilles in Pigtavia in Francia domino suo
regi ibidem.*

PSALTERIUM cum Ludolphi de Saxonia in-
terpretatione. Vide *Ludolphi*—

————— In PSALTERIUM interpretatio
poetica. Vide *Apponyi de Nagy - Appony*.

Hanc paraphrasin Freytag *oppido raram* vocat.

PSLACHER (Conradi) Parvorum Logica-
lium liber succincto epitomatis compendio conti-
nens perutiles argutissimi Dialectici Petri Hispani
tractatus. Viennæ typis Joan. Singrenii. 1516. in
4. *Editio admodum rara.*

PSELLI (Michael.) Synopsis organi Aristo-
telici græco - latina nunc primum edita a M. Elia
Ehingero F: ex tyogr. Zachariæ Lehmanni. 1597.
Liber parum communis.

PTOLEMOEI Quadripartitum , cum centilo-
quio ejusdem, & commento Hali. Venetiis per
Erhardum Ratdolt 1484. in 4. *Editio perrara.*

————— Liber quadripartitus. Centiloquium
ejusdem. Centiloquium Hermetis. Ejusd. de stel-
lis beibeniis. Centiloquium *Bethem*, & de horis
planetarum. Ejusd. de significatione triplicatum or-
tus. Centum 50. propositiones *Almansoris Zahel*
de

de interrogationibus. Ejusd. de electionibus. Ejusd. de temporum significationibus in judiciis. *Messahallach* de receptionibus planetarum. Ejusd. de interrogationibus. Ejusd. epistola cum XII. capitulis. Ejusd. de revolutionibus annorum mundi. — Venetiis per Bonetum Locatellum impensis nobilis viri Octaviani Scoti civis Modætiensis. 1493. XIII. Kal. Januarias. in fol.

Liber *rarior*, In quadripartitum commentatur *Hali Heben Rodan*: præfatur autem Hieron. Salius Faventinus ad Dominicum Mariam de Anuaris Ferrariensem.

PTOLEMÆI De prædictionibus astronomicis, cui titulum fecerunt, Quadripartitum, græce & latine libri IV. *Philip, Melanthon* interprete. Ejusd. fructus librorum suorum, sive centum dicta ex conversione *Joviani Pontani*. Basil. per Joan. Oporinum. 1553. in 8.

Liber *rarus*. Exemplar nostrum ipse Melanthon dono dedit *ornatissimo viro D. Casp. Eberhardo Rectori scholæ in valle Joachim*: ut ejus manus, quam ex una, alterave illius epistola autographa cognitam habeo, indicat.

————— Libri IV. compositi Syro fratri. Ejusdem fructus librorum suorum, sive centum dicta ad eundem Syrum. Græce. Norimb. apud Joan. Petreium. 1535. in 4.

Liber *rarus*. Addita in fine est versio latina *Joachimi Camerarii*.

PTOLEMOEI Pheludienſis Alexandrini aſtronomorum principis almageſtum. — Expleta eſt dictio tertia decima, & ultima libri almageſti Ptolomei, & ita ingens ac nobile opus totius almageſti, ſeu magne conſtructionis abſolutum eſt, ingenio, labore, & ſumptibus Petri Liechtenſtein Colonienſis. 1515. die 10. Januarii Venetiis. in fol.

Editio *rara*: typographus in fine operis hos verſus ſubjungit:

Contigimus portum: quo modo curſus erat.

Hic teneat noſtras: ancora jaſta rates.

————— Geographiæ libri VIII. partim a Bilibaldo Pirckheymero translati, ac commentario illuſtrati, partim etiam græcorum antiquiſſimorum exemplariorum collatione emendati, atque in integrum reſtituti. in fol. ſine l. & anno.

Epistoła nuncupatoria Sebaſtiani Münſteri exhibet, *Datum Baſileæ anno 1552. Liber infrequentior.*

————— Geographia olim a Bilibaldo Pirckheimero translata, at nunc multis codd. græcis collata, pluribusque in locis ad priſtinam veritatem redacta a *Joſepho Moletio* mathematico. Ad dita ſunt in I. & VII. librum ampliſſima ejuſdem commentaria, quibus omnia, quæ ad geographiam attinent, & quæ prætermiſſa ſunt a Ptolemæo, declarantur, atque nominibus antiquis regionum, civitatum, oppidorum, montium, ſylvarum, flu-

viorum, lacuum, cæterorumque locorum appofita funt recentiora. Adfunt LXIV. tabulæ: XXVII, nempe antiquæ, & reliquæ novæ, quæ totam continent terram, noſtræ ac Ptolemæi ætati cognitam, typisque æneis excuſſæ. Venetiis apud Valgrifium. 1562. in 4. M.

Editio, ut Engel teſatur, *latina perrara*.

PURBACHII (Georgii) Wiennensis opus algoriſmi jocundiſſimum: & Almanach magiſtri *Johannis de monte regio* ad annos XV. accuratiſſime calculata. Explicatum eſt hoc opus anno Chriſti domini. 1492. in 4. ſine loco. *Opus valde rarum*.

————— theoricæ planetarum. Vide *Sacroboſco*.

PURKIRCHERI (Georgii) Piſoniensis Hungari, Divi Ferdinandi I. Rom. Imp. & Hung. regis &c. Manibus ſacrum. Pannonia lugens. Viennæ apud viduam Zimermanni. 1565. in 4. M.

————— Ad Divum Maxaemylianum Rom. & Boh. regem, Pf. LXXII. *Da Deus regi judicium tua*: carmine redditus. Patavii apud Perchacium. 1563. in 4. M.

Utrumque opusculum in Hungaria *perrarum*.

————— Sacer dialogus Iſtri, & Grani, RR. Præſuli D. Antonio Verantio archiepifcopo Iſtrogranenſi. Viennæ ex offic. Caſp. Steinhöferi, 1569. in 4. M.

Libellus vix ulli nostrorum cognitus. Ne nomen quidem authoris scriptor *memoriæ Hungarorum* &c. memorat. Fuisse Purkircherum poetam sui temporis non inelegantem, cum ipsa hæc opuscula testantur, tum bene proluxa ecloga, quam de obitu Philip. Melanthonis conscripserat. Hæc postremum locum occupat in *collectione Scriptorum* de morte Melanthonis Vitebergæ an. 1561. edita.

PUTEANI (Eryci) circuli Urbaniani vindiciæ adversus *Jacobum Michalorum* Urbinatem. Crisis ejus apocriphi rejecta arbitro Eminent. Cardinali Jo. Franc. Guidio a Balneo. Lovanii typis Cornelii Cœnesteinii. 1633. in 4.

———— Pietatis thaumata in Bernardi Baa-hufii e Societate Jæsu Protheum Parthenium, unius libri versum, unius versus librum stellarum numero, sive formis M. XXII. variatum. Antverp. ex offic. Plantiniana apud Balthaf. & Joan. Moretos. 1617, in 4.

———— Palæstra bonæ mentis, eloquentiæ, & sapientiæ officina. Lovanii ex bibliopolio Flaviano. 1611. in 4.

———— Suada Attica, sive orationum selectarum syntagma. Lovanii typis Christoph. Flavii. 1615. in 8.

———— Ovi encomium. Monaci. 1617. in 12.

Omnia hæc, teste catalogo bibliothecæ Salthenianæ, *rara* sunt.


PUTEI (Andreas) alias Pozzo, Soc. Jesu, *Perspectiva pictorum, & architectorum Pars I.* in qua docetur modus expeditissimus delineandi optice omnia, quæ pertinent ad architecturam. Romæ. 1702. ex typogr. Antonii de Rubeis in platea Cerenfi. in fol.

————— *Prospettiva de Pittori e architetti Parte II.* In cui s' insegna il modo più sbrigato di mettere in prospettiva tutti i disegni d'architettura, ibid. ex offic. Jacobi Komarek Bohemi. 1700. in fol.

Opus *splendidum & rarum*: Pars prior Leopoldo M. Imp. altera Josepho I. Rom. & Hung. regi inscripta est.

PUTEI (Francisci) apologia in anatome pro Galeno contra Andream Vessalium Bruxellensem. Cum præfatione, in qua agitur de medicinæ inventione. Venet. apud Franc. de Portonariis de Tridino. 1562. in 8. *Liber rarus.*

PYTHAGORÆ carmina aurea. Vide *Famblichus, & Neandri Mich.*



Q.

QUADRANTINI (Fabiani) Stargardi Soc. Jesu, *Speculum pietatis, continens vitam, & obi-*

Q 3

tum sereniff. Annæ Austriacæ, Poloniae, Sveciæ-
que reginæ inclytæ, Sigismundi III. Polonorum,
Svecorumque regis potentissimi conjugis, quæ an-
no salutis 1598. IV. Id. Febr. de vita mortali
transiit ad immortalem. Serenissimo Principi Wla-
dislao ejusdem reginæ decenni filio dicatum. Bruns-
bergæ typis Georgii Schönfels. 1605. in 4.

Liber *rarissimus*, quem Janozki, teste Freytagio,
extra Poloniam singulis tantum nonaginta annis aspecta-
bilem fieri pronunciat.

QUADRATI (Mathurini) Ebroici, sodalitii
Franciscani, Doctoris Parisiensis in Malachiam,
novissimum veteris Testamenti Prophetam, homi-
liæ XX. & una. Parisiis apud Sebastian. Nivellium,
sub ciconiis via Jacobæa, 1575. in 8. *Liber raro
obvius.*

QUALLE (Mathias). Habes hic amande le-
ctor textum Parvuli, quod ajunt, philosophiæ na-
turalis cum commentariis eruditissimi viri magistri
Mathiæ Qualle Carniolani, & college gymnasii
Viennensis vigilantia e gravissimis authoribus de-
cerptis, qui conducunt maxime cum aliis, tum
his, qui vie nominalium addicti proficiunt. Parvu-
li philosophiæ naturalis textus &c. castigatus im-
pensis circumspetti viri archibibliopole Joannis
Rynman in offic. industrii Henrici Gran civis in
oppido Hagenaw impressus. 1513. in 4.

Authoris hujus, quod sciam, unica Gesneri biblioth. meminit, omisusque est in Scriptoribus Universitatis Viennensis parte II. seculo II. Inscribit opusculum *Paulo Obersteiner Cæsari a secretis*, addito ad calcem loco natali: *Matthias Qualle ex Watsch Carniolanus*.

QUERCUS (Simonis de) Brabantini, Cantoris Ducum Mediolanensium, opusculum *Musices* perquam brevissimum de Gregoriana & figurativa, atque contrapuncto simplici, una cum exemplis idoneis percommode tractans, omnibus cantu oblectantibus utile, ac necessarium. *Tetrastichon*.

Quem sacra castilio delectat musica phœbo:

Et teneros dulci reddere voce modos,

Hunc legat: & suavi cantabit blandius orpæo:

Infanas poterit ducere & ipse feras.

Dñs Joa. Weyffenburger Nurnberge impressit. —
Telos.

Weyffenburgerus tenui me grammate pressit

Nomine Joannes cui labor iste placet.

1513.

Est formæ 4. Editio *rara*, & Gesnero ignota, qui Landshutanam anni 1518. solum indicat. Titulus, demto tetrasticho, colore rubro exscriptus est: hunc sequitur epigramma Petri Chalibis Philocali in laudem musices, tum authoris epistola nuncupatoria ad Duces Mediolanenses ejus discipulos. Datum est: *Ex Vienna Kal. Martias anno minori nono supra millesimum quingentesimum*.

QUERELARUM, quæ per regis Christianiss.

Q 4

fimi Legatos, & internuncios contra Augustiff. Imp. Ferdinandum III. postque ejus mortem contra ipsius filium, serenissimum Hung. & Boh. regem, Collegio Electorali, simulque ordinariis Imperii deputatis Francofurti congregatis propositæ sunt, brevis discussio. Anno 1657. in 4. *MScriptum perquam rarum.*

QUINTI Calabri derelictorum ab Homero libri XIV. seu Paralipomena. Græce. Venetiis in ædibus Aldi, & Asulani soceri. 1524. in 8.

Editio *rarissima*, Maittairio, & Harvoodo incognita, nisi forte eadem sit cum illa, quam hic fine anni indicio apud Aldum prodiisse dicit, & principem vocat. Codicem MS. Cardinalis Bessarion in quodam Calabriae cænobio fertur reperisse; hinc auctori nomen *Calabri* inditum.

QUINTILIANI (M. Fabii) Institutiones oratoriae. Venetiis ex ædibus Aldi. 1514. in 12. *Editio rara.*

————— Oratoriarum institutionum libri XII. una cum XIX. sive ejusdem, sive alterius declamationibus argutissimis, ad horrendæ vetustatis exemplar repositis, & nunc primum in Gallia impressis. Apud Jodocum Badium. 1519. idibus Julii. in fol.

Editionem *perraram* esse, indicat silentium Maittairii & Harvoodi: nec ii, quos Bauerus excitat, illius meminere.

QUIRINUS (Antonius). Avviso delle ragioni della serenissima Rep. di Venetia. Intorno alle difficoltà che le sono promosse dalla Santità di Papa Paolo V. di *Antonio Quirino* Senator Venet. alla sua patria, & à tutto lo stato della medesima Republica. In Venetia appresso Evangelista Deuchino. 1606. in 4.

Libellus *perrarus*. Nihil in eo contineri adversum fidei testantur in fine subscripti: *Antonius Ribetti* vicarius generalis: Frater *Paulus* (idem forte cum Sarpio) Theologus Reip. Fr. *Bernardus Giordani* Franciscanus: Fr. *Angelus Bonicelli* ex ord. Minor. de observantia: Fr. *Antonius Capello* ex minor. Conventualibus: & Fr. *Camillus* ord. S. Augustini, Nota magis est, quæ inter Paulum V. & Remp. Venetam intercessit, quam ut explicatione egeat. Memini me legisse, Jesuitas, quod Pontificis mandato obsequentes fuerint, e statu Veneto exesse iussos, & ferius postea receptos fuisse. Conjunctum est aliud simili argumenti opusculum hoc titulo: *Risposta d'un Dottore in Theologia ad una lettera scrittagli da un reverendo suo amico, sopra il Breve di censure dalla Santità di Papa Paolo V. publicate contro li Signori Venetiani, & sopra la nullità di dette censure cavata dalla sacra scrittura, dalli santi Padri, & da altri Catolici Dottori*: perinde, ut prius, rarum.

QUIROGA (Casparis) Cardinalis, & archiepiscopi Toletani Index librorum expurgatorum. Salmuri apud Thomam Portou. 1501. in 4.

Nota *raritatis* insignitur in catalogo biblioth. Solgerianæ.

R.

RABANI (Magnentii Mauri) de laudibus sanctæ crucis opus eruditione, versu, prosaque mirificum. Cum antiquitate auctoris, annis abhinc prope octingentis Abbatis primum Fuldenfis, archiepiscopi postea Moguntini, tum novitate scriptionis memorabile. Quo figuris sive imaginibus XXVIII. multa fidei Christianæ mysteria, multi mystici numeri: angelorum, virtutum; VII. donorum Spiritus sancti, VIII. beatitudinum, IV. elementorum, IV. temporum anni, IV. evangelistarum, & agni, mensium, ventorum, V. librorum Moyfis, nominis Adam, alleluja, & amen, aliarumque rerum vis & dignitas in formam crucis redacta, subtiliter, & ingeniose explicantur. Aug. Vindellicorum e typographeo Prætoriano. 1605. in fol.

Prima editio, eaque *rarissima* prodiit in Pforzheim anno 1503. in fol. nostra hæc altera est, quæ, quoniam opus hoc sæpius seorsim non est excusum, inter *raras* a Freytagio, Bauero, aliisque censetur. Operis in II. libros divisi æconomiam ipse titulus explicat: cæpit id contexere, cum sex lustrorum esset, ut Albinus in intercessione pro Mauro ait:

Ast ubi sex lustra implevit, jam scribere tentans
Ad Christi laudem hunc edidit arte librum.

RABANI (Magnentii Mauri) Ex Magistro, & Fuldensi Abbate archiepiscopi Moguntini poemata de diversis, nunc primum vulgata, & scholiis illustrata studio Christophori Broweri Soc. Jesu presbyteri, Moguntia excudebat Joannes Volmari. 1617. in 4. *Editio rara.*

S. RADBERTI (Paschafii) Abbatis Corveiensis opera. Quorum pars multo maxima nunc primum prodit ex bibliotheca monasterii Corbeiensis. Lutet. Paris. ex offic. Nivelliana. 1618. in fol. *Liber raro obuius.*

RADULPHI Flaviacensis, ord. S. Benedicti, viri incomparabilis, eruditorumque sui temporis omnium sine controversia principis, in mysticum illum Moyfi Leviticum Libri XX. post quingentos & amplius, quam scripti sunt, annos jam nunc primum publico donati. Libera sint sua cuique iudicia; & tamen hoc opere jam pridem nec eruditius, nec disertius, nec pium magis prodiit quicquam, nec deinceps facile prodibit. Eucharius Cervicornus Agrippinas calcographus Marpurgensis excudebat 1536. Colonia impensis Petri Quentell. in fol. *Liber rarus.*

RAGVAGLIO ristretto, ma distinto e fedele di quanto, è occorso nella campagna dell' anno 1688. con il passaggio del fiume Savo, Assedio, & espugnatione di Belgrado: descritto dà Soldato,

che si è trovato con l' Armata Cefarea in tutto il corso della Campagna. Venetiis 1689. in 12. M. *Libellus perrarus.*

RA GUENEAU (Pauli) Soc. J. Relatio eorum, quæ in Soc. Jesu Missionibus novæ Franciæ gesta sunt annis 1648. 1649. Oeniponti typis Hieron. Agricolæ. 1650. in 12. *Liber infrequens.*

RAINOLDI (Joan.) Angli censura librorum apocryphorum veteris Testamenti adversum Pontificios, in primis Robertum Bellarminum. In nobili Oppenheimio collegio Musarum. 1611. Tom. II. in 4.

Vogt, Freytag, Engel, & biblioth. Solgeriana vocant librum *in signis raritatis.*

RAKOV SZKI (Martini) de Rakow; ad sereniss. D. D. Maximilianum Dei gratia Regem Boh. &c. libellus de partibus Reip. & causis mutationum, regnorum, imperiorumque in plerisque ad imitationem Aristotelis scriptus carmine. Viennæ Austriæ excudebat Raphael Hoffhalter. 1560. in 4.

Liber in ipsa etiam Hungaria *admodum rarus.* Adjectum est *encomium* D. Palatini, & *ejaculatio* ad Magnificum D. Magistrum Curia. Authoris nomen male aliqui expriment *Rakoczi*, ut ex duabus epistolis autographis certum habeo, quibus se subscripsit *Rakowſzki.*

RAMI (Joan. Goessani) Lachrymæ in funere illustrissimi Principis D. Nicolai Comitæ a Sallm, & Neopyrgi ad Oenum, Reg: Mai: per Hungariam belli Ducis. Vien. Austr. excudebat Egidius Aquila. 1551. in 4. M.

———— Archiducum Austriae ex Habsburgensi familia historiae, & res gestæ ex optimis quibusque authoribus magno studio collectæ, & numeris elegiacis comprehensæ. Vien. Austr. excud. Egid. Aquila. 1551. in 4. M.

———— Historia rerum gestarum Caroli V. ibid. apud eund. 1551. in 4. M.

Tria hæc Rami opuscula *perraro* apud nos visuntur. De Hesiodi clypeo per eundem ex græco in latinum converso in voce *Hesiodus* memoravi.

RAMI (Petri) arithmeticae libri II. geometriae VII. & XX. Basil. per Euseb. Episcopium, & Nicolai fratris hæredes. 1569. in 4.

———— Scholarum mathematicarum libri unus, & triginta. Basil. apud eosd. 1569. in 4.

Bibliotheca Saltheniana hoc, & prius opusculum editionis Francof. anni 1599. *raris* adnumerat: nostra proinde *rariora* videri possunt.

———— P. Virgilio Maronis Bucolica, prælectionibus exposita, quibus poetæ vita præposita est. Editio quarta. Francof. apud Andream Wechelium. 1582. in 8.

Priores tres editiones Parisinæ sunt apud eundem Wechelum annorum 1556. 1558. & 1559. quæ commentarios in Georgica, & Cæsaris militiam adjuncta habent. Nostra, etsi quarta sit ordine, tamen apud nos *valde rara* est.

RAMI (Petri) Prælectiones in P. Virgilii Maronis Georgicorum Libros IV. diligentis recognitione multis in locis emendatæ. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli. 1584. in 8.

Abest a nostra, quæ prioribus editionibus addi solebat, Cæsaris militia.

————— Commentariorum de religione Christiana Libri IV. Ejusdem vita a Theophilo Banosio descripta. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli. 1583. in 8.

Dedicat hos Banosius Philippo Sidnejo Proregi Hybernæ. Editi primum sunt ibid. apud Wechelum anno 1580. Nostra proinde altera editio videtur esse, estque *raro apud nos obvia*. Authorem in tumultu Gallicano anni 1572. cæsum esse, Gesnerus in biblioth. notat.

RAMPIGOLLIS (Antonii de) Ord. S. Augustini compendium Biblie, quod & aureum alias biblie repertorium nuncupatur. — Figurarum biblie fructuosum & utile compendium quod aureum biblie repertorium nominant, explicit feliciter. in 4. sine loci, & anni indicio.

Typus gothicus, & rudis arguunt editionem seculi XV. esse.

RANZOVII (Henrici) Producis Cimbrici Diarium, sive calendarium Romanum, œconomicum, ecclesiasticum, astronomicum, & fere perpetuum ad dies veteris Juliani, & novi Gregoriani anni accommodatum &c. Lipsiæ anno Christi 1596. a prima creatione 5558. a prima Oldenburgicorum Comitum in reges Daniæ electione 148. ab ultima Dithmarsici subactione 31. in 4.

Opus rarum, ut pleraque hujus authoris esse solent. Eundem libelli hoc titulo: *Belli Dithmarsici* &c. cujus Part. I. memini, authorem esse, quod prius tantum suspicabar, nunc ex aliis certum habeo.

————— Tractatus astrologicus de genethliacorum thematum judiciis pro singulis nati accidentibus. Francof. apud Joan. Wechelum. 1593. in 8.

Exstat etiam anni 1602. quæ in 8. ibidem prodit.

————— Commentarius bellicus libris VI. distinctus, præcepta, consilia, & stratagemata pugnae terrestres ac navalis ex variis eruditorum scriptis complectens. Francof. apud Zachar. Palthenium. 1595. in 4.

————— Catalogus Imperatorum, regum, ac virorum illustrium, qui artem astrologicam amarunt, ornavunt, & exercuerunt &c. Lipsiæ excudebat Georgius Defner. 1584. in 4.

RAPITII (Jovitæ) Brixiani de numero ora-

torio libri V. Venetiis in ædibus Pauli Manutii. 1554. in fol. *Liber rarus.*

RASCH (Joannis) Haus Osterreich von ankunft, ursprung, stammen und namen der alten Grafen von Altenburg, und Habsburg, daraus die heutigen Fürsten von Osterreich seind entsprossen. &c. Getruckt zu Rorschach am Bodensee bey Leonhart Straub. in 4. sine anno. M.

Liber rarus, tametsi pleraque ex Joan. Stumpfii chronico Helvetorum sumta sint. Inscribit author opus Rudolpho II. Imp. promittitque 6. alia opuscula his titulis: 1. *Oesterreichisch Zeitbuch.* 2. *Oesterreichisch Christentum.* 3. *Oesterreichisch Fürstentum.* 4. *Oesterreichisch Landtafel.* 5. *Landschafft,* & 6. *Hauptstätte.*

————— *Genesis Austriaca:* genealogia sereniss. Austriæ archiducum deducta ex vetustissimis illustrium Comitum Habsburgensium profapia a doctissimis poetis carmine conscripta, & in eorum Principum honorem congesta a Johanne Raffio. in 4. M. sine an. & loco.

Liber rarus: præcipui, ex quibus carmina excitat, poetæ sunt: Joannes *Pinicianus:* Ulricus *Huttenus:* & Joan. *Engerdus.* Symbolum A. E. I. O. V. ultra centies improbo labore variat. Catalogus Scriptorum de Austriacis, quem dedicationi subjungit, ob autores non omnibus cognitos, permagni faciendus est.

————— *Vaticiniorum liber primus.* Prophetiæ, revelationes, visiones, præfagitiones, & practiciæ,

practicæ, vel prognosticationes quædam, præcipue vulgares, ac memorabiles, præsertim de ultimis mundi temporibus latino sermone scriptæ, hinc inde inventæ, ex pluribus libris cum aliis notatu dignis, contra Mysocacum illum, & quosdam malevolos pseudopphetas. Anno Domini 1584. Viennæ Austriæ congestæ & editæ a Joan. Raffio. in 4. M.

Liber *rarus*. Mysocacum, contra quem opusculum hoc adornavit, in dedicatione ad Maximilianum Archiducem Austriæ vocat *Wilhelmum veteratorem Belgam*, qui de interitu Domus Austriacæ famosum libellum ediderat. Bona pars vaticiniorum sumpta est ex commentario Volfgangi Lazii in fragmentum vaticinii Methodii, de quo supra in voce *Lazius* egi. Dedicationi rursus subjungit authores, & collectores vaticiniorum, inter quos recensetur etiam responforia epistola astrologorum Mathiæ Corvini Hung. regis ad Antonium Torquatium.

RATIO, atque institutio studiorum Soc. Jesu. Dilingæ apud Joannem Mayer. 1600. in 8.

Laudatur editio Romana anni 1586. quam Vogt ex Sainjorii, vel Rich. Simonii biblioth. Crit. *rarissimam*, & a Jesuitis *penitus suppressam* memorat. Cum id etiam ab eruditis non in optimam partem accipi legerim, necesse est, uti has tenebras dissipem. Ratio hæc studiorum a sex Patribus per Generalem in hunc finem constitutis confecta, & anno 1586. typis Romanis exscripta, in omnes provincias missa est hac solum de causa, ut viderent, satine variarum gentium moribus, ac consuetudini accommodata esset, monerentque di-

ligenter, si quid in hac emendandum, substituendum, omittendumve videretur. Rescripserant complures provinciarum præfides, notabantque minutim singula, quæ emendata, omiſſa, aut contrahenda cuperent. Itaque rursus triumviris, qui Romæ propterea restiterant, data mandata sunt, ut secundis curis rationem studiorum cognoscerent, monitisque exterarum provinciarum in rem suam uterentur: quod illi ita naviter fecerant, ut ad finem denique adducerent, & jussu quintæ congregationis generalis anno 1599. ratio studiorum, quæ deinceps obtineret, typis Romanis ederetur. Hinc consecutaneum erat, ut editio prima, tamquam imago quædam rudibus solum, & extremis lineamentis adumbrata, inductis deinde coloribus sponte evanesceret. Rei seriem, ne quid ex me comminisci videar, Jacobus Dominicus Societatis Secretarius in præfat. ad editionem anni 1599. ita complexus est. *Universa studiorum nostrorum ratio ante XIV. annos fieri, atque institui cœpta, nunc tandem absoluta, ac plane constituta ad provincias mittitur. Et si enim — — iam multo ante perfici — — Generalis optaverat, id tamen hucusque commode fieri non potuit. Decuit enim in re satis ardua — — nihil plane definiri prius, quam provinciarum difficultates, ac postulata diligenter examinarentur. — — Quare quid quid initio a sex deputatis Patribus de omni studiorum nostrorum ratione, magno labore, atque industria disputatum, atque constitutum fuerat, eo consilio ad provincias missum fuit, ut — — harum rerum periti cuncta diligenter, & exacte perenderent, ut, si quid in hac ratione minus commodum observarent, vel quod institui commodius posset, animadverterent, quid denique de tota hac ratione sentirent, adhibitis rationum momentis exponerent, quod cum omnes fere provinciæ strenue,*

atque viriliter præstitissent, omnia, quæ ab iis observata, vel proposita fuerant, Romæ iterum — — a tribus deputatis Patribus, qui in hunc finem Romæ substititerant, sedulo recognita, Generalis — — in universam societatem mitti curavit, — — monuit tamen Provinciales omnes, ut, quoniam novæ institutiones ab experimento solidiorem firmitatem accipiunt, in suis quique provinciis, quid quotidianus discendi usus ostenderet, adnotarent, & Romam postea mitterent, ut extrema tandem operi manus admoveretur. — — Cum vero Provinciales, qui ad V, congregationem generalem venerunt, — — plerique omnes majorem in hac ratione brevitatem præter cetera desiderarent, magno sane labore factum est, ut tota ratio iterum diligenter examinaretur, — — & omnia, quoad fieri potuit, ad breviorē, commodioremque methodum redigerentur. — — Quare hæc studiorum ratio, quæ nunc mittitur, omnibus aliis, quæ antehac experimenti causâ missæ fuerant, servari in posterum debet &c. Probatam fuisse plerisque hanc studiorum rationem Baro de Verulamio Lib. VI. de augment. scient. his verbis prodidit: *ad pædagogicam quod attinet, brevissimum foret dictu, consule scholas Jesuitarum: nihil enim, quod in usum venit, his melius.* Neque tamen propterea numeris omnibus absolutam fuisse contendo, cum multa in melius commutet dies, & usus

Quem penes arbitrium est.

RAVESTYEN (Judoci) confessionis, sive doctrinæ, quæ nuper edita est a Ministris, qui in Ecclesiam Antverpianam irreperunt, & Augustanæ confessioni se assentiri profitentur, succincta

confutatio. Lovanii apud Petrum Zangrium sub fonte. 1567. in 8. *Libellus rarior.*

RAUVOLFFII (Leonhardi) aigentliche beschreibung der Raifs, so er von diser Zeit gegen Auffgang inn die morgenländer, fürnemlich Syriam, Judæam, Arabiam, Mesopotamiam, Babyloniam, Assyriam, Armeniam &c. selbs volbracht &c. Getruckt zu Laugingen durch Leonhart Reinmichel. 1583. in 4. M.

Editio *rara* constat Partibus IV. quarum ultima icones exoticarum herbarum continet.

RAYMUNDVS. Summula clarissimi, jurisconsultissimique viri Raymundi demum revisa, ac castigatione correctâ, brevissimoque compendio sacramentorum alta complectens mysteria: de fortiligiis: symonia: furto: rapina: usura: atque aliis casibus, que in plurimis juris codicum voluminibus confusa, indistinctaque multiplicatione disperguntur, resolutiones abunde tradens pastoribus, sacerdotibus, omnibusque personis divino caractere insignitis summe necessaria. — Explicit Raymundi summula, opera ac diligentia acri elaborata, Clericis omnibus fertilissima, in nobili Helvetiorum urbe Argentina, impensis circumspecti viri Johannis Knobloch impressa. 1504. in 4.

Opus *rarum* & Maittairio ad hunc annum prætermissum, carmine conscriptum est, subjunctis com-

mentariis bene prolixis. Pro specimine affero quædam de fortilegiis :

Hinc ego deberem recitare superstitiones
 Quas faciunt homines stulti, quibus inficiuntur.
 Simplicitas poterit compefci stulta virorum,
 Sed quis fortilegas compefcet ab hac mulieres?
 Sectas & trufas harum qui scribere vellet,
 Non completeret eas vitulorum pellibus octo &c.

RAYMUNDUS de Sabunde. Vide infra *Sabunde*.

RAYNAUDI (Theophili) Soc. Jefu, corona aurea supra mithram Rom. Pontificis, selectorum titulorum, quibus Concilia, & Patres, Rom. Pontificis, & sedis Apostolicæ majestatem coronarunt, illustrata collectio. Accessit confutatio novi erroris de Ecclesia bicipiti. Romæ apud hæredes Corbelletti. 1647. in 4. *Scriptum perrarum*.

———— Opera omnia tam hætenus inedita, quam alias excusa, longo authoris labore aucta, & emendata. Accessit Tomus integer complectens indices XVII. in univèrsùm opus, omnium, quotquot prodierunt, locupletissimos. Lugduni 1665. Tomi XX. Vol. X, in fol.

Bauer ex Osmont editionem Lugdunensem anni 1685. & seqq. a raritate commendat, cum tamen hæc Nota magis nostræ, quæ prima est, congruat.

RAYNERI Pisani. Vide supra *de Pisis*.

RAZI Albubetri, filii Zacharie liber, qui ab eo *Almansor* vocatus est, eo quod regis Manforis Isaac filii precepto editus est. Cum expositione clarissimi doctoris Silvani de Nigris de Papia. — Venetiis per Bernardinum de Tridino. 1483. in fol. *Editio perrara.*

————— Contenta in hoc volumine. Liber *Rafis* ad almanforem. Ejusd. divisiones: liber de juncturarum egritudinibus: de egritudinibus puerorum: aphorismi: antidotarium quoddam: tractatus de preservatione ab egritudine lapidis: introductorium medicine: liber de sectionibus; & cauteriis, & ventosis: casus quidam qui ad manus ejus pervenerunt: Sinonima ejusdem: tabula omnium antidotorum: de proprietatibus, juvamentis, & nocumentis sexaginta animalium. Afforismi *Rabi Moysi*. Afforismi *Damasceni*. Liber secretorum *Hippocratis*. Ejusd. liber pronosticationis secundum Lunam in Signis, & aspectu Planetarum: liber, qui dicitur, *capsula eburnea*: liber de elementis, sive de humana natura: liber de aere & aqua, & regionibus: liber de farmaciis: liber de somniis ejusdem: libellus Zoar de cura lapidis. — Explicit hoc opus mandato & expensis nobilis viri domini Octaviani Scoti, civis Modætiensis per Bonetum Locatellum Bergomensem. 1497. die septima mensis Octobris Venetiis. in fol. *Collectio rara.*

REBUFFI (Petri) de Montepessulano, tractatus de Decimis tam feudalibus, quam aliis, Novalibusque, in quaestiones XV. digestus. Coloniae 1572. in 8. *Liber infrequens.*

REGII (Urbani) Symboli Christianae fidei δγλωσις, seu commentariolus ex intimis scripturae divinae sacris depromptus, sine quo, ut haecenus latuit articulorum Christianae fidei germanus intellectus, ita nunc maxime utilis, & necessarius Christianis omnibus. in 8. sine l. & a.

Regii hujus scripta omnia *rarioribus* adnumerantur a Vogtio, & Gerdesio.

————— | Erklärung der zwölf artickel Christlichs glaubens mit angezeygter Schrift, wo sie gegründet sind. Wittembergæ. 1524. in 8.

————— Wie man fürsichtiglich und ohn ergernis reden sol von den fürnemeften artickeln Christlicher Lehre, für die jungen einfeltigen Prediger. Gedruckt zu Ulffen bey Michel Kröner. 1575. in 8.

————— weylandt superintendenten in Fürstenthumb Lüneburg, deutsche Bücher und Schriften. Norimb. 1562. in fol. Partes III.

————— Opusculum de dignitate sacerdotum incomparabili ad amplissimum Antistitem D. Hugonem de Landenberg, Constantiensis ecclesie

episcopum. Augustæ Vindelicorum in offic. excusoria Joannis Müller. 1519. in 4.

Editio *perrara*, a Georgio Guil. Zapfio in annal. Typographiæ Augustanæ omiffa.

REGIOMONTANUS Joan. Vide supra de *Monteregio*.

REGULÆ Ordinis S. Pauli I. Eremitæ. Romæ. 1643. in 4.

Liber apud nos *perraro* obvius, nec aliis, quam qui hanc religionem profitentur, facile visus.

———— Societatis Jesu. Romæ in collegio ejusdem societatis. 1582. in 8.

Bauerus editionem Romanam anni 1590. *rarissimis* accenset. Præter *summariū* constitutionum, regulas *communes*, & epistolam de virtute *obedientiæ*, de quibus in voce *Constitutiones* memoravi, continentur hoc libello regulæ, Provincialis: Præpositi domus Professorum: quo nomine veniunt ii, qui quarto voto ad obeundas missiones inter barbaras gentes Pontifici summo obstricti erant, quod quidam imperiti *tertiam professionem* dixere: Rectoris Collegii: Magistri novitorum: modestiæ numero XIII. regulæ peregrinorum: Ministri, hic primas a Rectore tenebat: Consultorum, quasi consiliarios Rectoris dicas: Admonitoris: Præfecti rerum spiritualium: hæc officia in principio sejuncta, deinceps in unum conflata sunt: Præfecti Ecclesiæ: regulæ Sacerdotum generatim: Concionatorum: & Missionariorum. Procuratoris generalis: domus professæ: collegii: regulæ Præfecti lectorum mensæ: Præfecti sanitatis, quod munus ut plurimum Ministro domus adjunctum fuit; denique Præ-

fecti bibliothecæ. Hæ ad eos attinebant, qui sacerdotio insigniti fuere: reliquæ ad laicos, ut sunt regulæ Aeditui: Infirmarii: Janitoris: custodis vestium: emptoris, qui cibaria curabat: dispensatoris: qui ab illo emta Coquo tradebat, utriusque officii hujus administratio sæpe jungebatur: Præfeci Refectorii, seu triclinii: Coqui: Excitatoris: hujus intererat, stata hora mane dato campanæ domesticæ signo dormientes singulatim excire: denique regulæ illius, qui noctu cubicula visitabat. Exemplaris nostri possessor sua manu hæc adnotavit: *Liber hic emptus Bezkovii per Paulum Balassam L. B. de Gyarmath, ex oratoricæ facultatis in Universitate partim Viennensi, partim Tirnaviensi auditorem 1661. 17. Januarii, a Joanne Vizkeleti archididascalo Evangelistico Bezkovii.*

REIFFENBERGII (Justi) Emblemata politica. Herbornæ Nassoviorum. 1620. in 4.

Nota raritatis insignitur in catalogo Biblioth. Jo. Frid. Christii.

REINECCII (Reineri) Syntagma de familiis, quæ in monarchiis tribus prioribus rerum potitæ sunt: tertiæ Alexandri iis subjectis regnis, in quæ illa successorum bellis particulatim discerpta sunt &c. Addita est appendix de illustribus aliquot Græciæ regnis, hoc est, Argyvo, Mycenæo, Spartano, Messeniaco, Thebano, Arcadico. Item altera, de historia gentis Aeacidarum, & regum Atheniensium. Basil. ex offic. Henricpetrina. 1574. in fol.

————— Liber continens historiam quadri-

geminam, de familiis duorum Aegypti regnorum, Battiadarum, Cyrenæorum, & Dynastarum, regum ac Pontificum Israeliticorum &c. *ibid.* 1574. in fol. cum tabulis familiarum.

Opus, teste Vogtio, in Germania *rarum*, apud nos, si integrum sit, multo *rarissimum*, & in vetere historia insignis usus Biblioth. nostra desiderat Tom. III. qui historiam familiarum, quæ in Troiano, & Latinis regnis imperarunt, continet: & Tom. IV. quo regna in græca, & latina historia celebratissima pertractantur.

REINECCII (Reineri) Historia orientalis diversorum authorum. Vide *Haythoni Armeni*.

———— Chronicon Hierosolymitanum, id est, de bello sacro historia exposita, libris XII. & nunc primum in lucem edita, opera, & studio Reineri Reineccii Steinhemii. Quæ operis subjecti est Pars I.

———— Pars II. continens duorum priorum familiæ Luceburg. Imperatorum historiam, in quibus alterius, Caroli IV. una cum oratione funebri de eodem nunc primum evulgatur. Helmæstadii ex offic. Jacobi Lucii. 1585. in 4. M.

Opus apud nos *perrarum*. Ad Partem II. pertinent historia orientalis Haythoni: Marci Pauli Veneti itinerarium: & fragmentum e speculo historiali Vincentii Belovacensis, quæ imperitus bibliopagus a corpore separavit, & ego sub articulo *Haythoni* Part. I. recensui.

———— Methodus legendi, cognoscendi-

quæ historiã tam sacram, quam profanam. Accessit oratio de historiæ dignitate — — item panegyricus scriptus in honorem festivitatis, qua — — D. Henricus Julius Antistes Halberstaden-
sis — — in episcopatus Minden-
sis possessionem inducetur. Ad calcem addita est commentatiuncula de Widechindo Magno &c. additus ad Rein. Reineccium liber epistolarum historicarum &c. per annos XVI. scriptarum. Helmestadii excudebat Lucius Transsilvanus. 1583. in fol. M. *Liber rarus.*

REINECKE de astutiis vulpeculæ libri IV. ex idiomate germanico latinitate donati &c. auctore Hartmano Schöppero. Francof. apud Busæum. 1584. in 12. *Editio rara.*

REINESII (Thomæ) de deo *Endovellico*, cujus memoria nullibi veterum monumentorum præterea, quam in inscriptionibus antiquis in villa Vizosa Lusitanix repereris, & post Resendum a Cl. Gruttero editis, existat, commentatio parergica. Altemburgi per Ottonem Michaellem. 1637. in 4. M. *Scriptum insignis raritatis.*

REI rusticæ scriptores. M. Catonis lib. I. M. Terentii Varronis libb. III. L. Junii Moderati Columellæ libb. XII. Ejusd. de arboribus liber separatus ab aliis. Palladii libb. XIV. de duobus dierum generibus, simulque de umbris & horis, quæ apud Palladium, Impressum Florentiæ opera

& impressa Philippi Juntæ. 1515. mense Julio.
Leone X. Pontifice. in 4. M.

Editio *perrara*, Bauero, &, quos hic numerat,
rum Harvoodo etiam ignota. Curam edendi libri ha-
buit Nicolaus Angelius, qui expositiones etiam ad-
jecit dictionum, quæ aliqua enucleatione indigebant.

REI rusticæ &c. Idem opus. Per Petrum Vi-
ctorium ad veterum exemplarium fidem suæ inte-
gritati restitutum. Lugd. apud Sebastianum Gry-
phium. 1549. in 8.

Editio *infrequens*. Authores eodem quidem loco,
non item anno, editi sunt. Cato cum Varrone 1549.
Columella 1548. Palladius rursus 1549. Eodem Phi-
lip. Beroaldi in libb. XIII, Columellæ annotationes, &
Aldus de dierum generibus, simulque de umbris, &
horis, quæ apud Palladium: denique Petri Victorii
explicationes anno 1542.

REISSNERS (Adam) Messias. Francof. 1566.
in fol. *Liber infrequens*.

RELATION wahrhaftige, eygentliche, unnd
grundtliche, durch was ritterliche mittel und an-
schläge des Herrn Hanfen von und zu Pernstein
&c. das Granitzhaus *Tottes* (Tata) den 23. Maji
anno 1597. unvorsehens eingenomen worden. Vien-
næ apud Leonardum Formicam. 1597. in 4. M.
Libellus perrarus.

RELIGIO Bestiarum. Vide infra *Riviere*.

REMINGII Arithmeticæ quæstiones ex Ari-

stotelis philosophia libri II. Cracoviæ impensis Joannis Haller. 1510. in 4. *Editio rarior.*

RESCII (Stanislai) in aula Neapolitana legati regis Poloniæ epistolarum liber unus. Quibus non nulla ejusdem auctoris pia exercitia piis lectoribus non indigna pii quidam viri adjungenda putaverunt. Ex offic. Horatii Salviani, Neapoli apud Jo. Jac. Carlinum, & Antonium Pacem. 1594. in 8.

Liber, teste Janozkio, *admodum rarus*: altera epistolarum pars, quæ ibid. anno 1598. prodiit, multo rarior priore est, qua tamen caremus. Exemplar nostrum ea etiam de causa magni faciendum, quod id author sua manu *illustri D. Castellano Voinicensi* inscriptum dono dederit.

RESPONSUM Theologorum super quæstione: an pax, qualem desiderant Protestantes, quæve nunc Monasterii, & Osnabrugi tractatur, sit secundum se illicita? pro principiis Christianis & veteris Ecclesiæ Catholicæ, summorumque Pontificum, ac SS. Patrum sententia in judicio theologico *Ernesti de Eusebiis*, civis Romani explicata, & demonstrata, a quodam anonymo Notis clanculariis oppugnata. 1648. in 4. sine l. *Scriptum raro obvium.*

RETROFORTIS (Samuelis) Disputatio scholastica de divina providentia, variis prælectionibus tradita Theologiæ candidatis in Academia Andicapolitana, in qua adversus Jesuitas, Arminianos,

Socinianos de dominio Dei, actione ipsius operosa circa peccatum, concursu primæ causæ, prædeterminatione & contenditur, & decertatur. Edinburgi excudebant hæredes Georgii Andersonii. 1649. in 4. *Liber apud nos admodum rarus.*

REUCHLIN (Joan.) Rudimenta linguæ Hebraicæ. Phorcæ in ædibus Thomæ Anshelmi Badensis. 1506. in fol.

Liber rarissimus dicitur in catal. biblioth. Solgerianæ, & Gerdefii florilegio.

————— Scenica progymnasmata, hoc est, ludicra præexercitamenta. Viennæ Pannoniæ in ædibus Hieron. Victoris, & Joan. Singrenii. 1514. in 4.

Editio *rara*. Exscripta est ex editione anni 1497. Præluit octasticho Sebastian. Brant: in fine subjungit Jacobus Dracontius Præmonstratenfis panegyrim in Reuchlinum, & Adamus Wernherus Temarenfis carmen in Joan. Richartzhusen, qui fabulam Reuchlini recensuit: ante hæc autem nominantur ordine auctores, qui lauta mensa ab Vangionum episcopo, coram quo ludi acti sunt, accepti, & munifice annulis, & nummis aureis donati erant. Quid tygographi Viennenses in hac editione præstiterint, in præfatione lectorem ita monent: *Capnionis comædiam tersius, quam unquam alias, politiusque impressimus, adjunctis harmoniis recens compositis vocum quattuor, quibus grata, & syllabis æqua sonoritas inest &c.* Forte id primum fit, quod Notæ Muficæ typis Viennæ fuerint exscriptæ, si Missale in usum Patavinorum an. 1513. *ibid.* editum excipias.

REUHLINI (Joan.) Idem opus, cum explanatione Jacobi Spiegel Selestani, Cæsarei Secretarii. Hagenoæ apud Thomam Anshelmum Badsensem. 1519. Mense Majo. in 4. M. *Liber infrequens.*

REUSNERI (Nicolai) Principum, & Ducum Venetorum Liber I. Pictura item, & descriptio urbis Venetiarum cum elogiis clarorum virorum. Lavingæ per Leonard. Reinmichælium. 1579. in 8. *Liber rarior.*

———— & Georgii Sabini, Imp. ac Cæsarium Rom. a C. Julio Cæs. usque ad Maximilianum II. Austriacum breves, ac illustres descriptiones. Præterea Aufonii, Micylli, Urfini in eodem Cæsares brevia & rotunda carmina. Lipsiæ. 1572. in 8. M.

———— Hodoeporicorum, sive itinerum totius fere orbis libri VI. Opus historicum, ethicum, physicum, geographicum, nunc demum Jeremiæ Reufneri fratris cura, ac studio editum. Basil. 1580. in 8. M.

Uterque liber in biblioth. Christii, & apud Freytag notam raritatis habet.

RHENANI (Beati) Rerum Germanicarum libri III. Adjecta est in calce epistola ad D. Philippum Puchaimerum, de locis Plinii per St. Aquarum attactis, ubi mendæ quædam ejusdem

authoris emaculantur , antehac non a quoquam animadversæ. Basileæ in offic. Frobeniana. 1531. in fol. *Liber rarus.*

RHODES (Alexandri de) Tunchinensis historiarum libri II. quorum altero status temporalis hujus regni : altero mirabiles evangelicæ prædicationis progressus referuntur, cœptæ per Patres Societatis Jesu ab anno 1627. ad annum 1646. Authore P. Alexandro de Rhodes Avenionensi ejusd. Soc. presbytero, eorum, quæ hic narrantur, teste oculato. Lugduni. 1652. in 4. *Liber rarissime obvius.*

RHODIGINI (Lud. Cœli) Lectiones antiquæ. Basileæ. 1517. in fol. *Editio rara.*

————— Libri XXX. recogniti ab auctore, atque ita locupletati, ut tertia plus parte auctiores sint redditi. Apud hæredes Andr. Wecheli Claudium Marnium, & Joan. Aubrium. 1599. in fol. *Editio non passim obvia, & priore utilior.*

RHODII (Joan.) Trina theologica, philosophica, & jocosa, ex diversorum tam veterum, quam recentiorum omnis generis scriptorum lectione observata, chiliades II. Erfordiæ apud Joan. Pistorium. 1574 — 1575. in 8. *Liber infrequentior.*

RIBADEINIRÆ (Petri) Scriptorum religionis Societatis Jesu catalogus. Antverp. ex offic. Plantiniana apud Joan. Moretum. 1608. in 8. M. *Editio prima, & perrara.*

RIBA-

RIBADEINIRÆ (Petri) Vita Ignatii Loyolæ, qui religionem Clericorum Societatis Jesu instituit. Antverpiæ ex offic. Christoph. Plantini architypographi regii. 1587. in 12. M.

In catalogo biblioth. Feuerlinianæ *raris* adnumeratur. Rarior tamen est, & repertu difficillima editio prima, quæ Neapoli 1572. vulgata est.

————— Appendix schismatis Anglicani: in qua de nonnullorum martyriis, ac de iis rebus agitur, quæ a primæ hujus Nicolai Sanderi partis publicatione, in Angliæ regno contigerunt. Opus novum, nunc primum ex Hispanico summa diligentia in latinum conversum. Coloniae 1610. in 8. *Liber rarus.*

RIBERÆ (Francisci) Soc. J. commentarii in librum XII. Prophetarum. Cum quatuor copiosis indicibus. Colon. ex offic. Birckmaniana. 1599. in fol.

Biblioth. Saltheniana editionem Bruxellensem anni 1605. in 4. quæ ordine quarta est, *perraris* accenset. Prima enim fuit Romana anni 1590. in 4. & tertia Coloniensis anni 1600. in fol.

RICCIARDI Brixiani commentariâ symbolica in II. Tomos distributa, in quibus agitur, de Adamicâ lingua, antiquissima Aegyptiorum philosophia &c. Venetiis 1591. in fol. *Liber raro obtusus.*

RICCII (Pauli) Statera prudentum. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum, interficiens

inimicitias per crucem. Eph. 2. Christo Nazareno, regno cælorum duci, tribunis, antesignanis, & cohortibus crucis compendiatum, & omni attentione dignum hoc Pauli Riccii opus defudat. Libellus lectori.

Cui pietas cordi est, cui displicet impia rixa,
Me legat, & nostris conferat is vetera.

Anno 1532. die Marcii XXII. in 8. sine loci indicio.

Editio rara: finem opusculi typographus in hæc verba concludit: ne te offendat optime lector, quod in hac editione diphtongos non observarim: non enim negligentia id factum, sed quod nullas tum in promptu habuerim. Hec te, ne forte alicubi imprudens impingas, premonere volui.

RICCIOLI (Joan. Bapt.) Soc. Jesu, chronologia reformata, & ad certas conclusiones redacta. Tomi III. Bononiæ ex typogr. hæredis Dominici Barberii. 1669. in fol.

Opus rarum teste catal. biblioth. Salthenianæ. Tom. II. continet ætates mundi, & tria chronica: Tom. III. catalogos plurimos personarum, rerumque insigniorum, cum earum temporibus.

————— Astronomia reformata ad serenissimum D. Ferdinandum Mariam Baviaræ &c. Ducem. Tomi II. Bononiæ ex typogr. hæredis Victorii Benatii. 1665. in fol.

————— Geographiæ, & hydrographiæ re-

formatae, nuper recognitae, & auctae libri XII. Venetiis, typis Joan. La Nou. 1672. in fol.

Utrumque librum Bauer ex Osmont *rarum* esse affirmat.

RICCIOLI (Joan. Bapt.) Almagestum novum; astronomiam veterem, novamque complectens, observationibus aliorum, & propriis, novisque theorematibus, problematibus, ac Tabulis promotam, in III. Tomos distributam. Bononiae ex typogr. hæredis Victorii Benatii. 1651. in fol. Vol. II.

Liber *rarus*. Cogitabat author, ut in titulo fatetur, materiam hanc tribus Tomis complecti, sed, cum ne ipse quidem Sorvellus plures recenset, videtur morte præventus rem adfectam reliquisse. Re enim vera duæ hæc vol. primum dumtaxat Tomum conficiunt, in duas partes tributum. Tomum II. cogitabat Libris V. absolvere, quorum I. Trigonometricus: II. Organicus: III. Opticus: IV. Geographicus: V. Chronicus essent. Tomo III. volebat complecti observationes Solis, Lunæ, eclipsum, Fixarum, & Planetarum minorum: tum primi, & secundorum mobilium præcepta & tabulas, tum reliquas tabulas astronomiæ, aut cosmographiæ servientes cum adjunctis præceptis.

RICCOBONI (Antonii) de gymnasio Patavino commentariorum libri VI. Quibus antiquissima ejus origo, & multa preclara ad Patavium pertinentia, Doctoresque clariores usque ad annum 1571. ac deinceps omnes, quot quot in eo floruerunt, & florent, eorumque controversiæ,

atque alia memoratu dignissima recensentur. Patavii apud Franc. Bolzetam. 1598. in 4. *Editio per-rara.*

RICOLDI Ordinis Prædicatorum contra sectam Mahumeticam non indignus scitu libellus. Parisiis ex offic. Henrici Stephani, 1511. in 4. M.

Idem hoc opusculum est cum eo, quod in articulo *Alcorani confutatio* memoravi, nisi quod in hoc *Ricoldus*, in illo *Richardus* dicatur: utrumque XVII. capp. absolvitur, lectio tamen utrobique crebro variat. Libellus plerorumque opinione *insignis raritatis.*

RINGELBERGII (Joach.) Institutiones astronomicae. Basileæ 1528. in 8.

Bibliotheca Sarraziana editionem Coloniensem ejusdem anni memorat, eamque *optimam ac infrequentem* esse testatur.

RIPA (Cesare) Della più che novissima Iconologia, ò vero descrizione dell'imagini universali, cavate dall' antichità e d' altri luoghi, ampliata dal Sig. Cav. Gio Zaretino Castellini Romano. Partes III. Paduæ per Donatum Pasquardum. 1630. in 4.

————— Idem opus germanice. Part. II. Francof. apud Wilhelmum Serlin. 1669. in 4. *Utrumque opus infrequens.*

RIPNIANI (Adami) ΕΥΦΗΜΙΑΙ. Serenissimo, & illustriss. Principi, ac Domino, D. Matthiæ Archiduci Austriæ &c. Posonium ad legitima

Comitia Statuum, & ordinum inclyti regni Hungariæ feliciter descendenti, summæ gratulationis ergo oblata. Viennæ Austr. typis Margarethæ Formicæ viduæ. 1607. in 4. M.

Liber *admodum rarus* in ipsa etiam Hungaria. Author in dedicatione genuino nomine se subscribit: *Adamus Wolphi e Nagy-Répen*: hinc ortum: *Ripnianus*.

RITTI (Michaelis) Neapolitani, de regibus Francorum libb. III. de regibus Hispanorum libb. III. de regibus Hierosolymorum lib. I. de regibus Neapolis, & Siciliæ libb. IV. de regibus Hungariæ libb. II. Basil. apud Joan. Frobenium. 1517. in 4. M.

Teste catalogo biblioth. Solgerianæ *libri rari editio rarissima*.

RITTERI (Mathiæ) Ecclesiastis Francofordiensis expositio consultationum, & actorum de religione in Comitibus Augustanis. 1578. in 4. sine loci indicio.

Opus *perrarum*: libri possessor olim fuit *Philippus Comes a Solms*, qui illum Isaaco Abrahamidæ dono dederat, in id Pauli: *pietas ad omnia utilis*: ita commentatus:

Ver hyememque biceps promittit Janus ut anno,

Sic spondet Domini tempora bina timor.

Mundus tristis hyems: æstas est vita futura:

Sed pietas, felix ver sit, hyemsque, dabit.

Hæc memoria quasi monumentum relinquens Isaaco Abrahamidæ, Pastori ecclesiæ Veterisoliensis, amico suo scripsit, composuitque Philippus Comes a Solns die Maji 10. anno 1600. Veterosolii: sum discessurus 16.

RITTERI (Pauli) Equitis, Bosna captiva, sive regnum, & interitus Stephani, ultimi Bosnæ regis. Tirnaviæ per Joan. Henr. Geich. 1712. in 4. M.

Scriptum *valde rarum*, ut pleraque præstantissimi hujus authoris apud nos esse solent.

RITUS explorandæ veritatis, quo Hungarica Natio in dirimendis controversiis ante annos 340. usa est, & ejus testimonia plurima in sacrario summi templi Varadiensis reperta. Colosvari (Claudiopoli) 1550. in 4.

Liber *rarissimus*, quod in ipso sui ortu una cum autore Georgio Martinusio, hic enim libellum excudi jusserat, pene interierit. Recudi fecit, ac erudito commentario illustravit Cl. Matthias Belius in Apparatu ad Hist. Hungariæ Dec. I. Monumento V. Ceterum libellus ad cognoscenda nomina baptismalia idiomatis patrii, & geographiam mediæ ævi apprime utilis est.

RITUM Ecclesiasticorum, sive sacrarum ceremoniarum S. Romanæ Ecclesiæ libb. III. Vide *Marcelli Christophori*.

RIVIERE Doct. Parisini, Calvinismus bestiarum religio, & appellatio pro Dominico Banne

Calvinisimi damnato a Petro Paulo de Bellis Italo, ordinis Prædicatorum, apostata. Editio altera, Parisiensi nitidior. *Benedicite omnes bestia, & pecora Domina.* Daniel. 3. Lugduni, sumptibus Claudii Landry. 1630. in 12.

Parisiensis editio prodiit eodem anno, & rarissimis a Vogtio, & Freytagio accensetur. Sunt, qui opusculi authorem Theophilum Raynaldum fuisse dicant.

RIVII (Joan.) de admirabili Dei consilio in celando mysterio redemptionis humanæ lib. III. Basil. ex offic. Joan. Oporini. 1545. in 4.

Liber rarior, ut omnia Rivii scripta esse dicuntur.

ROBERTI Monachi historia de bello Christianorum Principum, præcipue Gallorum, contra Saracenos anno salutis 1088. pro terra sancta gesto. Basil. excudebat Henr. Petrus. 1533. in fol.

Liber *admodum rarus.* Additi quoque sunt alii scriptores. *Carolus Verardus* de expugnatione regni Granatæ quæ contigit abhinc 42. anno per Catholicum regem Ferdinandum. *Christoph. Columbus* de primâ insularum in mari Indico sitarum lustratione, quæ sub rege Ferdinando facta est. De legatione regis Aethiopiæ ad Clementem Pont. VII. & regem Portugalliæ: item de regno, hominibus, atque moribus ejusdem populi, qui Trogloditæ hodie esse putantur: *Jo. Bapt. Egnatius* de origine Turcorum, & *Pomp. Lætus* de ortu Mahometis.

ROBLES (Joan.) Historia de sanctissima cruce Caravacensi, primum hispanice conscripta, dein

de in latinum compendium redacta a P. Melchiorre Trevinnio Hispano Soc. J. Theologo. Augustæ. 1619. in 4. cum figg. *Liber infrequens.*

ROESTII (Petri) Soc. Jesu, apologiæ pro Deiparæ Virginis Mariæ camera, & historia, contra Matthiæ Berneggeri Argentoratensium historici idolum Lauretanum, & hypobolimæam Cameram Libri II. Augustæ Trevirorum apud Aegidium Immendorff. 1625. in 4. *Liber raro obvius.*

ROLBAGII (Greg.) pro generosa nobilitate in Imperio Germano-Romano, omnibusque aliis regnis, ac rebuspubl. tuenda, & stabilienda, illustre certamen masculino-fœmineum super æquitate, utilitate, & necessitate differentiarum sexus in successione, quibus extantibus masculis excluduntur fœminæ. Typis Philippi Spießii bibliopolæ civitatis Spiræ. 1602. in 4.

Bauer ex catal. biblioth. Solgerianæ librum *raris* inserit: annum tamen editionis ponit 1601. qui si erroneus non sit, opus bis editum est, nostrum enim exemplar annum 1602. extantissime refert.

ROMÆ urbis mirabilia. in 12. sine loci, & anni indicio, folior. 8.

Ut de opusculo, ejusque authore lector judicium ferre possit, exscribo quædam ex ultimo capite, quod de Octaviano Aug. agit. *Post vero multum temporis Senatores videntes Octavianum tante pulchritudinis, & prosperitatis, & quod totum tributarium fecerat,*

dixerunt, volumus te adorare, quia divinitas in te est. Si hoc non esset, non emergerent tibi prospera. Qui renuens inducias postulavit, & ad se Sibillam Tiburtinam vocari fecit: cui, quod senatores dixerunt, recitavit, & que spatium trium dierum petiit, ut sibi consuleret: in quibus artum jejunium operata est. Post tres dies respondit imperatori: sit iudicii signum, tellus sudore madescit, de celo rex venit per secula futurus: illico postquam dixisset hoc, celum apertum est, & splendor maximus irruit super eum, viditque in celo virginem pulcherrimam, & puerum in brachiis tenentem super altare Dei, quod miraretur valde. Qui statim procidit in terram, & adoravit Christum venturum; quod recitavit senatoribus, de quo mirati sunt valde. Et fuit hec visio in camera Imperatoris, ubi nunc est ecclesia sancte Marie in capitolio, & ideo vocatur sancta Maria ara celi, & est ecclesia fratrum minorum. Bauerus simili libri, titulo: *Mirabilia Romæ*: plures editiones censet, Tarvisinam anni 1475. in 4. Romanas annorum 1481. 1499. & 1500. in 8. Nostrum exemplar videtur mihi typum seculi XV. referre.

ROMÆ urbis septem Ecclesie principales. in 8. sine l. & anno. pagg. 53.

Author opusculi inchoat ab urbe condita, & regibus Romanis: tum, præteritis Consulibus, Imperatores recenset a Julio Cæs. ad Constantinum M. a cuius baptismo occasionem sumit differendi de urbis Ecclesiis. Initium hoc est: *Sanctus Silvester papa scribit in cronica sua, quod Rome fuerunt 1405. ecclesie, quarum maior pars est destructa: & inter illas sunt VII. principales &c. De Lateranensi hos versus subjungit:*

Dogmate papali datur ac simul imperiali
 Quod sim cunctarum mater caput ecclesiarum.
 Hinc Salvatoris celestia regna datoris
 Nomine sanxerunt cum cuncta peracta fuerunt.
 Sic sumus ex toto conversi supplice voto
 Nostra quod hec edes tibi Christe fit inclita sedes.
 Hec est papalis sedes & pontificalis,
 Prefidet & Christi de jure vicarius isti,
 Quia jure datur, sedes Romana vocatur,
 Deberet & vere nisi solus papa sedere
 Gloria sublimis, alii subduntur (in) imis.

Præter VII. principales ecclesias, etiam minores alias
 fingulatim recenset, diligenter norans, quæ Sanctorum
 exuviæ in qualibet asserventur. Ubi agit de ecclesia
 ad S. Sabbam, memorat videri illic sepulcrum *Titi*,
 & *Vespasiani*, cum hac inscriptione:

Conditur hoc tumulo Titus cum Vespasiano
 Patre felici, sed eminent prospera Titi,
 Hierusalem premens domini emulos fremens
 Aper de filva ferus singularis in hostes,
 Expugnat vineam Sabaoth sternendo laborem,
 Reddit & congruam vindictam populo nequam.

Meminit etiam fabulæ de Joanna Papissa. Frons libelli
 scutum Pontificium, & in hoc bovem exhibet: itaque
 suspicor, libellum tempore Alexandri VI. qui ab anno
 1492. ad an. 1503. sedit, editum fuisse.

ROMANE Curie stilus. in 4. sine loci & anni
 indicio.

Est opusculum folior. 10. typo monastico exscri-
 ptum, si non seculo XV. ut tamen reor, certe XVI.
 initiant.

Gesta ROMANORUM cum applicationibus moralifatis, ac misticis. — Ex gestis romanorum cum pluribus applicatis hystoriis de virtutibus & vitiis mystice ad intellectum transumptis recollectorii finis. 1499. in octava epiphanie domini. in fol. sine loci nota. *Editio rara.*

ROMANORUM legum exceptiones cum tractatu exceptionum, earundemque longinquitate. Impressum per Johannem Schott in inclita civitate Argen. 1500. in 4.

Liber rarus, & a Maittairio omiffus.

RONDELETTI (Guiliel.) Libri XVIII. de piscibus marinis, in quibus variæ piscium effigies expressæ. Lugduni 1554. in fol.

In catalogis biblioth. Lehmannianæ, & Salthenianæ refertur inter *rariores.*

Roo (Gerardi de) Annales rerum belli, domique ab Austriacis Habsburgicæ gentis Principibus a Rudolpho I. usque ad Carolum V. gestarum, ex optimis quibusque cum typo cufis, tum MSS. authoribus, publicis item, ac privatis rerum monumentis, summo studio conquisiti, & in libros XII. per *Gerardum de Roo*, serenissimi Austriae Archiducis Ferdinandi &c. olim Bibliothecarium congesti, & *Conradi Decii* a Weidenberg ejusd. suæ Serenitatis Secretarii opera & sumptibus

nunc demum in lucem editi. Oeniponti excudebat Joannes Agricola. 1592. in fol. M.

Teste Vogtio, & binis catalogis Schwarziano, & Feuerlini *editio rarissima* ac pernitida. Causam raritatis plerique hinc repetunt, quod 100. duutaxat exemplaria edita, & inter Principes viros distributa fuerint. Tituli frons scutum Austriæ, averfa Facies Ferdinandi Archiducis protomam cum tetraſticho exhibet: sequitur Decii ad eundem dedicatio, Rudolphi II. privilegium: hinc authorum, quibus usus est, elenchus & arbor genealogica Domus Austriacæ: tum Osvaldi Portneri poemation epicum paraphrasticum, denique 48. imagines Insigniorum earum provinciarum, in quas jus est Domui Austriacæ, subjecto ubique tetraſticho, quo juris fundamenta indicat. De Hungariæ Insigni ita:

Quattuor Albertus tractandas sumpsit habenas
Regnorum, Austriacum sceptraque prima tulit,
Nupta quod illius thalamo, lectoque jugali
Nata Sigismundi Regis Elyſſa fuit.

ROSECRUCIANORUM seu *Fraternitatis de Rosea Cruce* scripta in utramque partem edita, plerique inter *rariora* referunt. Quæ in nostra bibliotheca exstant, isthic ordine alphabeti recensabo.

BERICHT gründtlicher, von dem Vorhaben, gelegenheit und Inhalt der löblichen Bruderschaft des Rosen Creutzes, gestellt durch einen unbenannten, aber doch fürnehmen derselbigen Bruderschaft mitgenossen. Francof. apud Joan. Bringerum. 1617. in 8.

ROSÆCRUCIANORUM scripta.

CAMPIS (Juliani de) Sendbrieff oder Bericht an alle, welche von der neuen Bruderschaft des Ordens vom Rosen Creutz genant, etwas gelesen &c. 1615. in 8. sine l.

CLYPEUM veritatis: Das ist, kurtze, jedoch gründtliche Antwort respective, und verthädigung, auff alle und jede schrifften, und Mißiven, welche an und wider die hochlöbliche seelige Fraternitet des Rosencreutzes bishero in offentlichen Truck gegeben, und ausgesprengt worden. 1618. in 8. sine l.

Addita in fine est dodecas epigrammatum latinorum ad calend. Januarii anni 1615. Fratribus Rosæ Crucis strenæ loco a F. G. Menapio transmissa.

ECHO der von Gott hocherleuchter Fraternitet des löblichen Ordens R. C. Erstlich gedruckt zu Dantzig bey Andreae Hünefeldts. 1616. in 8.

FAMA Fraternitatis, oder Entdeckung der Bruderschaft des löblichen Ordens des Rosencreutzes. Beneben der *confession*, oder Bekanptnus derselben Fraternitet, an alle Gelehrte und Häupter in Europa geschrieben &c sampt dem Sendschreiben *Juliani de Campis*, und *Georgii Moltzeri* &c. Francof. 1617. in 8.

FAMA e Scanzia redux. Buccia jubilei ultimi, Evæ hyperboleæ prænuncia, Europæ cacumina suo clangore feriens, inter colles, & convalles *Araba*

refonans &c. five, ex asini mandibula iudicium de Fraternitatis R. C. sigillo, & buccina, & futuro reformationis mysterio. 1618. in 8.

ROSÆCRUCIANORUM scripta.

FORTALITIUM Scientiæ, das ist, die unfehlbare, vollkommeliche, unerschätzliche Kunst aller Künsten und magnalien, welche allen würdigen, tugendhaften Pan sophiæ studiosis die gloriwürdige, hocheleuchte Brüderschafft des Rosencreutzes zu eröffnen, gesandt. Daraus dieselbige ihre gehorsame, kluge, fromme Discipul klärllich und ohne einige allegori nunmehr in demuth unnd der forcht Gottes alle mysteria seydt der Welt anfang hero verstehn, und lernen mögen. Benebens sich gründlich und augenscheinlich befindet, das ehrngedachter, seeliger, Gottliebender Fraternitet ringste Künsten, das goldmachen, und lapis philosophicus jederzeit gewesen feyen. 1618. Deus providebit: qui credit, habebit. in 8. sine l.

FRATER crucis Rosatæ, Rosencreutz Bruder. Das ist, fernerer Bericht, was für ein beschaffenheit es habe mit den Rosencreutz Brüdern, welcherley Leut sie feyen, sonderlich, welcher unter ihrem Orden feyn könne und welcher nicht? sampt angehengten noch zwoen Fragen. 1. Ob und wie einer mit gutem Gewissen umb dienst in der Kirchen zu dienen könne oder solle anhalten?

2. An theologia sit argumentativa? Negatur. —
— — beschrieben durch M. A. O. T. W. 1617.
in 8. sine l.

ROSECRUCIANORVM scripta.

HELIAS Tertius: das ist, Vrtheil oder Meinung von dem hochlößlichen Orden der Bruderschaft des Rosencreutzes, zur Antwort uff dero-selben zwei unterschiedene Schrifften, deren die erste: *Fama*: die andere: *Confessio*, intitulirt worden. Gestellet durch einen der Artzney Doct. 1616. in 8. sine l.

JUDICIA Cl. Cl. aliquot, ac doctissimorum virorum, locorum intervallis diffitorum, gravissima de statu & religione Fraternitatis celebratissima de Rosea cruce, partim soluta, partim ligata oratione conscripta &c. Francof. typis Joan. Bringeri. 1616. in 8.

LIBAVII (Andreae) wolmeinendes Bedencken von der *Fama*, und *Confession* der Bruderschaft des Rosencreutzes, eine universal Reformation, und Umbkehrung der gantzen Welt vor dem jüngsten Tag zu einem irrdischen Paradeys, wie es Adam vor dem Fall inne gehabt &c. Francof. 1616. in 8.

MAIERI (Michaelis) Themis aurea, das ist, von den Gesetzen und Ordnungen der löblichen Fraternitet R. C. Ein ausführlicher Tractat, und

Bericht, darinnen gründtlichen erwiefen wird, das dieselbige Gesetz nicht allein in Wahrheit beständig, sondern auch an sich selbst dem gemeinen und privat Nutzen nothwendig, nützlich, und ersprieflich seynd. Francof. 1618. in 8.

ROSECRUCIANORUM scripta.

MEDERI (Davidis) iudicium theologicum, oder christlichs, und kurtzes Bedencken von der *Fama*, & *Confessione* der Bruderschaft des löblichen Ordens des Rosencreutzes &c. 1616. in 8.

PHILARETI (Theophili) ex Philadelphia, Pyrrho Clidensis redivivus. Das ist, philosophisch, doch noch zur zeit nichts determinirende consideration, von der hochberuhmbten neuen Bruderschaft deren von Rosencreutz, so sich einer reformation der gantzen weiten Welt unterfangen, ad quamdam imitationem der Pyrrhonorum, scepticorum, aporrheticorum philosophorum, bono animo, & optima intentione beschrieben. Lipsiæ. 1616. in 8.

Tschirnessi (Valentini) schnelle Botschaft an die philosophische Fraternitet von Rosencreutz &c. Gorlicii. 1616. in 8.

ROSENTHAL (Malachiæ) cœnobii Campiliensis professi, Actio sacri Ordinis Cisterciensis in ea monasteria avita, quæ ab aliis sine legitima concessione sunt occupata: deducta coram Aug. Cæs.

Cæs. Ferdinando III. ceu rege Apostolico, & illustrissimis Ungariæ Proceribus pro Mariani Ordinis cœnobiis in regno Mariano recuperandis. Viennæ Austriae. 1649. in 4. M.

Libellus *admodum rarefcens* usui maximo scriptoribus rerum Hungaricarum futurus erat, si author cœnobiiorum nominibus ubique diplomata adjecisset.

ROSWYDI (Heriberti) Ultrajectini Soc. Jesu Theologi, de vita, & verbis seniorum Libri X. Historiam eremitarum complectentes: auctoribus suis, & nitore pristino restituti, ac notationibus illustrati. Accedit onomasticon rerum, & verborum difficilium cum multiplici indice. Lugdunæ sumptibus Laurentii Durand. 1617. in fol.

Editio quamquam ordine secunda, tamen *rara*. Prima Antverpiæ prodiit an. 1615. typis Plantinianis. Author argumentum critice pertractat, deditque hoc suo conatu occasionem, ut hagiographorum Societas in Belgio coorta, pari studio Acta Sanctorum concinnaret, ut ipsi in præfat. ad Tom. I. Januarii candide faterentur. Egi de his Part. I. pag. 7. & 8. ubi de continuatione operis subdubitabam. Nunc Cl. Mich. Denisii litteris edoctus sum, jussu AUGUSTÆ NOSTRÆ laborem hunc naviter pertendi: Coivisse in societatem, qui jam prius in hac arena desudarunt. *Bycum*, *Bucum*, & *Hubezsum* Bruxellis in Abbatia Canonico-regularium Caudenbergensi, seu montis frigidi, quam sibi, & studiis opportunam delegerint, & proxime Tom. IV. Octobris ab iisdem vulgandum esse.

De fide hæreticis servanda ex decreto concilii Constantiensis Dissertatio cum Da-

niele Planco scholæ Delphensis moderatore. In qua, quæ de *Huffo* historia est, excutitur. Antverp. ex offic. Plantiniana. 1610. in 8.

Liber parum frequens. Traſavit hoc argumentum jam antea Joannes Molanus theologus Lovaniensis: cum tamen materiam hanc invidioſam aliqui recoquerent, in primis Plancus, Diſſertationem hanc XIX. capp. conſtantem Rosweyduſ amicorum rogatu contexit: cui conſimilem Robertus, Sweertius Plebanus Sylvæducentiſ adverſus elenchum ejuſdem Planci ſequenti anno Antverpiæ edidit, quam itidem poſſidemus.

ROSWEYDI (Herib.) Anticapellus, ſive exploſio næniarum Jacobi Capelli, quas funeri Iſaaci Caſauboni ad legem XII. Tabularum in vindictiſ ſuiſ accinuit. Antverp. ex offic. Plantiniana. 1619. in 8. *Liber rarus.*

ROTÆ (Berardini) Equitiſ Neapolitani Poemata. Elegiarum libri III. Epigrammatum libb. IV. Sylvarum, ſeu metamorphoſeon lib. I. Nænia, quæ vocatur, *Portia*. Ad Peraphanum Riberam Proregem Neapolitanum. Venetiſ apud Gabriel. Giulitum de Ferrariiſ. 1567. in 8.

————— Sonetti & Canzoni con l'Egloghe peſcatorie. ibid. 1567. in 8. *Uterque liber rarus.*

ROTERODAMUS. Vide *Eraſmi Deſiderii*.

ROYZII (Petri Maurei) Hiſpani de apparatu nuptiarum inclyti, & potentiſſimi Sigifmundi

Augusti Polonorum regis carmen extemporaneum. Cracoviæ apud hæredes Marci Scharffenberger. 1553. in 4. M.

Scriptum rarissimum. Apud Bauerum sine dubio irrepsit error typicus in anno 1513.

RUBEI (Hieronymi) historiarum Ravennatum libri X. Venetiis. 1572. in fol. *Editio prima, & perquam rara.*

RUBII (Joan. Longi) Ain neu Byechein von der loblichen Disputation offentlich gehalten vor Fürsten und vor Herrn, vor hochgelerten und ungelerten in der werden hoch gepreysten stat Leipsig, in reymen weys durch Joan. Rubium in der mynderen zal nach Cristi geburt. 19. (1519.) in 4. sine loci indicio. folior. 14.

Libellum oportet esse *rarissimum*, quod illius mentionem nusquam repererim. Nomina disceptantium fol. 2. autor prodit: *der dreyen hochgelersten Doctor- sen der hayligen schrift namen seind als hernach volgt, nemlich Joannes Eckius von Ingelstat, Andreas Pottenstein von Karlstat, Martinus Luther von Wittenberg.* Materia disceptationis fuere: bona opera, indulgentiæ, & potestas Pontificia. Finis opusculo ita imponitur: *was der grob Wittenbergerisch Nemo seiner hohen schül für lob und eer mit seinen lughenaffrigen und schnöden büchlein hat eingelegert, volgt hie.* Sunt autem versus sub nomine Neythart: primi sic habent:

Du Wittenbergischer Nemo hast Rubium genüg gescholten.

Glaub er würt den esel mit latein und teutsch vergelten.

Ist Rubius on alle Ler, ein esel, und ain Kind,
seys Got geklagt,


Das die schül zu Wittenberg in zü einem Bacca.
hat gemacht.

RUEI (Francisci) de gemmis aliquot, iis præfertim, quarum Divus Joannes Apostolus in sua apocalypsi meminit. Vide *Gesneri Conradi* de omni rerum fossilium genere. &c.

RULANDI (Martini) Frisingensis de emendata linguæ græcæ structura libb. II. unus *ωεγῆ συντάξις*, seu de constructione, alter de omnibus phrasibus ac græce loquendi modis, qui ad puram, ornatam, & elegantem orationis compositionem sunt plane necessarii, nunc primum ex optimis hujus linguæ authoribus cum alphabeti ordinis interpretatione summo studio collecti. Adjecti sunt incerti authoris libb. II. de verbis græcis anomalis. Parisiis apud Guiliel. Morelium. 1553. in 8, *Liber infrequens*.

RUSCONI (Ant. Giov.) Della architettura con cento fessanta figure dissegnate dal medesimo, secondo i precetti di Vitruvio, e con chiarezza e brevità dichiarate libri X. al sereniss. Sign. Duca

d' Urbino. Venetiis apud Giolitum. 1590. in fol.
Editio prima, & perrara.



S.

SAAVEDRÆ (Didaci) Symbola Christiano-politica. Seu idea Principis Christiano-politici, centum Symbolis expressa. Bruxellæ excudebat Joan. Mommartius suis, & Francisci Vivieni sumptibus. 1649. in fol. cum figg.

Liber perrarus: Bauer ex Gerdesii floril. Amstelodamensem editionem anni 1655. in 12. raris quoque accenset. Bruxellensis editio videtur prima ex latinis esse, ut typographi in dedicatione ad Ferdinandum Franciscum Hung. & Boh. regem indicant. Symbola tamen uno plura sunt, quam titulus promiserit; quibus in fine author hispanicum tesseradecastichon de mortis certitudine subjungit.

————— Idea de un Principe politico Christiano representada en cien empresas, dedicada al Principe de las Espannas nuestro Sennor. En Amberes en casa de Jeronymo y Juan. Bap. Verduf. sen. 1659. in 4.

Editio in nostris ditionibus rarissime obvia.

SABELLICI (M. Antonii) Rerum Venetarum ab urbe condita ad Marcum Barbadicum sereniss. Venetiarum Principem, & Senatum. Libri

T 3

XXXIII. — Hoc opus impressum Venetiis arte & industria optimi viri Andreæ de Torefanis de Asula. Anno 1487. die XXI. Madii. Augustino Barbado in clyto principe, in fol. mai.

Editio plerorumque testimonio *princeps*, & *rarissima*: addo, etiam *nitidissima*, seu typum, seu chartam speciem, verum non optime conservata: ita enim in principio, & fine labefacta putore & squallore est, ut nisi mature illi consulatur, vitium tractura sit irreparabile. Addit de los Rios præcium hujus editionis in dies magnopere augeri.

SABELLICI (M. Antonii) Rapsodiæ historiarum Enneadum ab orbe condito, Pars I. quinque complectens enneades: præmissis earundem repertoriis auctis & recognitis ab Ascensio cum authoris epitomis. In ædibus Ascensianis ad Novas Novemb. Anno pietatis Christianæ. 1516. in fol.

————— Posterior pars ejusdem Rapsodiæ historiarum, continens sex enneades reliquas cum earundem repertoriis, & epitomis. — Rapsodia historiarum ab orbe condito, in annum usque salutis nostræ M. D. III. optatum iterum recepit finem in ædibus Ascensianis: ad Idus Februarias anni ad calculum Romanum 1517. in fol. *Opus rarum.*

————— epistole breviores ex elegantissimo epistolarum opere pro rudibus latini sermonis adolescentibus extracte, & suis argumentis illustrate.

Ejusd. çarmen ex (de) rerum & artium invento-
ribus. Erphordie. 1539. in 8. M.

Editio *rara*. Infunt libello epistolæ sex ad *Antonium Bonfinem*, alias Bonfinium, qui filium Sabellici instituerat, & postea historiam Hungariæ scripsit, datæ, quæ ad ejus biographiam non profus nihil conferre possint.

SABINI (Franc. Floridi) apologia in M. Accii Plauri, aliorumque poetarum, & linguæ latinæ çalumniatores. Ejusd. libellus de legum commentatoribus. Lugd. 1537. in 4.

———— Idem opus secundis curis auctum, additisque libris III. de C. Julii Cæsaris præstantia, item libris III. lectionum succisivarum nunquam antea excusis. Basil. 1549. in fol. *Utraque editio infrequens*.

SABUNDE (Raymundi de) Theologia naturalis, siue liber creaturarum, specialiter de homine, & de natura ejus, in quantum homo & de his, quæ sunt ei necessaria ad cognoscendum seipsum, & Deum, & omne debitum, ad quod homo obligatur tam Deo, quam proximo. Argent. ex offic. Martini Flach junioris. 1501. in fol. *Editio perrara*.

SACERDOTUM, & Curatorum promptuarium, seu Manuale, in quo facie sequenti annotata continentur obsequentia. Pelsinæ apud Johan. Peck calcographum. 1529. in 8.

Libellus *admodum rarus* continet benedictiones, & exorcismos secundum ritum Ecclesiæ. Speciales ex his, præter *catechismum famulorum seu masculorum, famularum seu femellarum*, sunt: *benedictio peregrinorum in eorum exitu: benedictio herbarum in die assumptionis beatæ Mariæ Virginis: benedictio avenæ in festo S. Stephani.*

SACHSENSPIGEL uffs new durchaus corrigirt und restituirt, allenthalb wu dye text vorandert und unvorftentlich gewest, mit vil nawen adiciones aus gemeynen Keyfferrecht gezogen, sampt eynem vollkommen nützlichen nawen gemerten repertorio, auch mit tzwey und zwenzig artickeln und ursachen, wurumb die selbigen ynn dem Sachsen spyegell vorworffen, auch mit vyl newer dewtung des Sachsen spiegels. Item vyl urtell der werden Schœppen tzu Magdeburgk &c. in fol.

Annum & locum editionis, quod exemplar nostrum in fine mutilum est, ignorare cogor. Orthographia tamen germanica videtur indicare, editionem satis vetustam esse.

SACHSII (Henrici) Libri III. contra postorum, sive, ut apertius, & planius dicatur, contrariorum in speciem utriusque Testamenti locorum, licet re ipsa adeo nihil differentium, ut maxime concordent, jam recens inter vetustissimos quosdam codices reperti. Apud Sanctam Coloniæ. 1532. in 8. *Liber rarus.*

SACROBOSCO (Joan. de) natione Angli,
Opus Sphericum figuris verissime exsculptis iterata
recognitione illustratum. Coloniae typis Henrici
Quentl anno supra jubileum magnum quinto.
(1505.) in 4.

Author alias quoque *de Sacrobusto* dici solet.

————— Sphæra cum commentariis Domini
Francisci Capuani de Manfredonia. — Im-
pressio Veneta per Joan. Rubeum & Bernardinum
fratres, Vercellenses ad instantiam Junctæ de Jun-
ctis Florentini, 1508. in fol.

Conjuncta sunt alia quoque opuscula, ut *Petri Alia-*
censis Cardinalis, & episcopi Cameracensis Doct. Pari-
fini in eandem Sphæram Quæstiones XIV. item *Ro-*
berti Linconiensis episcopi Sphære compendium, &
Joan. Regiomontani contra Cremonensia in planeta-
rum theoticas deliramenta institutum colloquium inter
V. & C. hoc est, inter Viennensem & Cracoviensem.

————— Textus de sphæra cum additione,
quantum necessarium est, adjuncta: novo commen-
tario nuper edito ad utilitatem studentium philo-
sophice Parisiensis Academie illustratus, cum com-
pilatione anuli astronomici *Boni Latensis*, & geo-
metria *Euclidis* Megarensis. Impressum Parisii in
officina Henrici Stephani e regione schole decreto-
rum sita. Anno Christi siderum conditoris 1511.
decimo die Novembris. in fol.

Typus monasticus. Commentarii in sphæram sunt

Jac. Fabri Stapulensis : Bonerus de Latis de anulo astronomico præfatur ad Alexandrum VI. Pont. Gente erat Hebræus, & Medicus Provincialis: in fine erratorum veniam petit :

Parce precor rudibus, que sunt errata latino :

Lex hebræa michi est, lingua latina minus.

SACROBOSCO (Joan, de) Opusculum de Sphæra. Theoricæ planetarum excellentissimi astronomi *Georgii Purbachii* Magistri Viennensis, quo Joannes de Montereio olim usus est præceptore. Figuræ item summa diligentia suis, ubique locis appositæ, ex quibus perfacile autoris sensus utrobique intelligi potest. Impressum Viennæ Pannoniæ per Joannem Singrenium, Expensis vero Lucæ Alantsæ bibliop. Viennen. 1518. pridie Idus Augusti. in 4.

Omnes hæ, quas recensui, editiones raræ sunt.

SADOLETI (Jacobi) episcopi Carpentorænsis de bello Turcis inferendo oratio. Ejusdem argumenti *Othonis Brunfelsii* ad Christianos Principes oratio. *Jacobi Fontani* de Rhodii expugnatione epistola. *Petri Nannii* Alcmariani declaratio. *Lodovici Vivis* de vita Christianorum sub Turca opusculum. Basil. per Thomam Platterum, 1538. in 8.

Liber rarus, ut pleraque Sadoleti scripta apud nos sunt.

———— De laudibus philosophiæ libri II. in quibus omnis cum veterum, tum recentiorum disceptatio, qua quidam vehementer laborarunt,

discutitur, Basil, apud Nicol. Brylingerum. 1541. in 8.

Præmittit tetraſtichon græcum Nicol. Borbonius Vandoperanus, cui latinum octaſtichum conjungit: hujus extrema eloquentiam Sadoleti mire commendant:

Esse magis brutos homines ego judico brutis,
Quos tua non fando flexerit alma charis.

SADOLETI (Jacobi) Epistolæ de diffidiis religionis, Jac. Sadoleti Cardinalis; Jacobi Omphalii assessoris Imperatorii, & Joannis Sturmii. Argent. apud Cratonem Mylium. 1539. Mense Septembri. in 8. M.

————— In Pauli epistolam ad Romanos commentariorum Libri III. Sebastianus Gryphius Germanus excudebat Lugduni. 1536. in fol.

Dedicatio authoris est ad Franciscum Galliarum regem, in quam ex margine Joannes, & Georgius Xylandri, qui exemplaris nostri possessores erant, multa adnotarunt, quorum aliqua parum in regem decora sunt.

SAIDINI chronicon Turcicum. Vide *Bratutti* Vincentii, Part. I. pag. 188.

SALAZAR (Joan. Tomayo) Anamnesis, sive commemoratio omnium Sanctorum Hispanorum, Pontiff. Martyr. Confessor. Virginum, viduarum, ac sanctarum mulierum — — ad ordinem & methodum Martyrologii Romani, cum

Notis apodicticis. Lugd. 1651. in fol. Tom. VI.
Vol. IV. *Editio rara*.

SALCETO (Guiliel. de) alias Saliceto, Placentini liber in scientia medicinali, qui summa conservationis, & curationis appellatur. Cum Chirurgia. — Sigillavimus, & complevimus emendative librum chirurgie (sic) nostre die sabbathi, VIII. die Junii in civitate Verone, in qua faciebamus moram, eo, quod salarium recipiebamus anno corrente M. CC. LXXV. Verum est, quod ipsum ordinaveramus cursorie ante hoc tempus in Bononia per annos quatuor, & de nature sue compositionis & ordinationis facit omnem, & faciet intelligentem, & studentem, in quo optimum chirurgicum & bonum medicum. Et hoc factum est totum cum auxilio nostri creatoris. Amen. Impressum Venetiis 1490. die VIII. mensis Madii regnante d. Augustino barbadico inclyto Venetiarum principe, in fol. *Liber rarus*.

SALIS (Jo. Bapt. de) Ord. Minorum de observantia provincie Janue (Genuensis) summa casuum utilissima compilata, que *Baptistiana* nuncupatur. — Jesus. i. Salvator. In quo uti sponse sancte matris ecclesie fixa sint corda, optationes, que nostre. Cujus quidem sponse sancte matri ecclesie opus hoc submitto corrigendum, si quid in eo minus imperite (perite) incauteve per me

dictum existat. Quod quidem opus ad laudem ipsius Jesu, totiusque Trinitatis, ac Virginis gloriose, & omnium SS. favente presidio, & precipue beatorum Tiburcii & Valeriani martyrum, quorum solennitas hodie agitur a christicolis, nec non & simplicium confessorum utilitatem, ut prologo premititur, expletum est in Nuremberg imperiali civitate partis Germanie: per Anthonium Koberger inibi concivem. Anno currente. 1488. Sic laus Deo. in fol.

Editio *rara*: in fine ante indicem additur Bulla Sixti Papæ IV. de casibus Pontifici reservatis. Romæ apud S. Petrum 1479. die III. Kal. Januarii data: hanc sequuntur elegi authoris incerti in commendationem operis.

SALMASII (Claudii) de Hellenistica commentarius, controversiam de lingua Hellenistica decidens, & plenissime pertractans originem, & dialectos græcæ linguæ. Lugd. Batav. ex offic. Elseviriorum. 1643. in 8.

————— Funus linguæ Hellenisticæ, sive confutatio exercitationis de Hellenistis, & lingua Hellenistica. Cui libet exequias ire Hellenisticæ, i licet. Ecce illa jam effertur. Lugd. Batav. ex offic. Joan. Meire. 1643. in 8.

Adjunctum est offilegium Hellenisticæ, sive appendix a pconfutationem exercitationis de Hellenistica.

SALMASII (Claudii) Epistola ad Andream Calovium super cap. XI. primæ ad Corinth. epist. de cæsarie virorum, & mulierum coma. *ibid.* 1644. in 8. *Omnia hæc Salmasii rara sunt.*

SALUSTIUS (C. Crispus) Hoc in volumine hæc continentur. Pomponii epistola ad Mapheum. C. Crispi Salustii Catilinarium cum commento Laurentii Vallensis. Portii Latronis declamatio contra L. Catilinam. C. Crispi Salustii bellum Jugurthinum cum commentariis preclarissimi fratris Jo. Chrysofomi Soldi Brixiani. C. Crispi Salustii variæ rationes (orationes) ex libris ejusdem historiarum exceptæ. C. Crispi Salustii vita, Romæ per Pomponium emendata, Brixiaëque per Joan. Britannicum diligentissime revisa. in fol. sine anni, & loci nota.

Frons exhibet in medio Salustium, ex utroque latere Vallam & Britanicum cathedris infidentes adstante uno, altero scribente discipulis. Typus nitidus, cum sola signatura. Chrysofomi Soldi ad fratrem Bartholomæum epistola, quæ commentario in Jugurthinum bellum præmittitur, Patavio XV. Kal. Julias data, refert annum 1470. Non ausim tamen huic anno tribuere: forte Venetiis tamen anno 1493. aut 96. prodierit, ut ex Fabricio, & Harvoodo videor conjicere, qui Salustium cum commentariis Laur. Vallæ, & Jo. Chrysofomi Soldi Venetiis prodiisse his annis memorant.

————— Habes hæc omnia uno volumine complexa. Crispi Salustii Catilinam, & Jugurtham.

Catilinæ defensionem aduersus M. T. accusationem. Eiusdem in M. T. inuestivam. Crispi Salustii vitam. Marci Tullii in Crispi Salustium responsum, siue inuestivam. in fol. sine an. & loco.

Atque hæc in fine libri habentur: Initium enim titulo caret, inchoatque confestim: *Omneis homines* &c. typus elegans cum sola signatura: litteræ initiales minuscule in primo solum folio visuntur, deinceps absunt aliquamdiu, ac in fine rursus comparent. Nulli quoque adsunt commentarii. Ad calcem extat Justiniani Romani ad lectorem monitio, in qua hæc: *dum legeris Joannem Vercellensem opificem, & Franciscum cognomento Madium impressionis auctorem* &c. An hinc conjici possit, exemplar nostrum anno 1494. quo Maittaireus Tom. I. pag. 232. Vercellensem sine loci nomine memorat, prodiisse, alii existiment.

SALUSTIUS (C. Crispus). Opera Salustiana. In C. Crispi Salustii opera Ascensii familiaris interpretatio. In cujus complexu hæc opera continentur omnia. Epistola Pomponii Læti de ejusdem recognitione. Salustii vita cum ejusdem explanatione. Historiæ descriptio, species, & utilitates. Historici stili XX. præcepta. C. Crispi Salustii conjuratio, & bellum Catilinarium. Bellum Jugurthinum. Portii Latronis in Catilinam declamatio. Philip. Beoraldi inuestivarum Ciceronis commendatio. M. T. Ciceronis in Catilinam inuestivæ quinque. L. Sergii Catilinæ in Ciceronem responsivæ duæ: Fjused. in Cicer. inuestiva. M. T. Ciceronis in eundem

responsiva. M. Emillii Lepidi oratio ad Pop. Rom. Philippi oratio in senatu contra Lepidum. Oratio Cottæ Conf. ad pop. Oratio M. Tribuni plebis ad plebem. Cn. Pompeji M. epistola ad Senatam. Epistola Mithridatis ad Arfacem. Orationes duæ ad Cæsarem senem de Rep. Parrhisiiis per Joan. Barbier Idibus Septembris. 1508. in 4. M.

Editio *rara*, & Maittairio ignota, qui ad hunc annum Antverpianam solum indicat.

SALUSTII (C. Crispi) de conjuratione Catilinæ, & bello Jugurthino historiæ, nuper ad archetypon Aldi Manutii quam vigilantissime emendatæ, ac impressæ. Viennæ Pannoniæ in ædibus Hieron. Victoris, & Joan. Singrenii sociorum: expensis vero Leonhardi, & Lucæ Alantsee fratrum. 1511. in 4

Editio *perrara & nitida*, quam in bibliotheca Latina Fabricii, ut hæc etiam a Jo. Aug. Ernesto aucta est, frustra quæsi. Titulo confestim subjungitur Senarius ad lectorem, dein Joach. Vadiani ad Christoph. Crassum Helvetium, discipulum suum, epistola; cui adduntur non nulla de Salustio ex Petro Crinito, Gellio, & Plinio testimonia. Abest, quod mirere, index, & signum Alantseanum, in cujus loco visitur aquila uniceps Leonibus utrinque stipata, in quatuor autem angulis insignia, ex quibus unum ad Comitatum Veltkirchensem, alterum ad Naonis portum videtur pertinere: cetera duo, quorum unum exhibet ferro horrentem equitem evaginato gladio, aliud vero sceptrum geminum decussatim positum, mihi ignota sunt.

SALUSTII (C. Crispi) Bellum Catilinarium. Item bellum Jugurthinum ejusdem. Item variae orationes ex libris ejus excerptae. Item C. Crispi Salustii vita. Lector eme, lege, & probabis. Argent. ex ædibus Schurerianis. 1512. Tempus observa. Regnante magnanimo Imp. Cæs. Maximiliano. Aug. P. Q. P. in 4.

Editio rara, & Fabricio, ut prior, ignota.

———— De conjuratione Catilinæ. Ejusd. de bello Jugurthino. Orationes quædam ex libris historiar. C. Crispi Sallustii. Ejusd. oratio contra M. T. Ciceronem. M. T. Ciceronis oratio contra C. Crispi Sallustium. Ejusd. orationes quatuor contra L. Catilinam. Porcii Latronis declamatio contra L. Catilinam. Quæ omnia solerti nuper cura repurgata sunt, ac suo quæque ordine optime digesta. Venetiis per Franciscum Garonum. 1526. Idibus Januarii. in 8. M.

Editionem *perraram* esse illinc licet conjicere, quod illius nec Fabricius, nec Maittaireus, nec, quos Bauer excitat, meminerint. Præfatur ad lectorem Franciscus Asulanus, ad Bartholomæum Livianum Venetarum copiarum Governatorem, & instauratorem Romanæ militiæ Aldus Manutius, qui duo antiquissima exemplaria a Joanne Lascari, & Jucundo Veronensi Lutetia Parisiorum allata, & secum communicata esse testatur, secundum quæ hanc editionem adornavit, locumque illum, qui in principio belli Catilinarii corrupte habetur: *ita imperium semper ab*

optimo quoque ad minus bonum transfertur: ita, ut re ipsa esse debet, restituisse: ita imperium semper ad optimum quemque a minus bono transfertur. Typus est Aldino persimilis: itaque videtur mihi editio hæc ad normam Aldinæ anni 1521. exscripta esse.

SAMBUCI (Joan.) Pannonii, Oratio in obitum generosi, ac magnifici adolescentis *Georgii Bona* Transsilvani, domini in Landseehr, & Lackenbach, qui mortuus est VI. Sept. anni 1559. Patavii Gratiofus Perchacinus excudebat. 1560. in 4. M.

Scriptum rarissimum, Czwittingero, & Authori *Memoriæ Hungarorum* &c. ex Gesneri bibliotheca quidem notum, sed sine loci, & anni indicio consignatum. Addita sunt in fine multorum epigrammata, ex quibus eminent Nicolai Istvanfii latinum, & Andreæ Dudithii græcum. Erat *Georgius Bona* Nicolai Olahi archiep. Strigoniensis nepos, cujus mortem in MSS. suis ephemeridibus ad anni 1559. diem 3. Septembris ita consignat. *Mortuus est Georgius Bona junior in Lanser, & Sopronii sepultus.* Igitur necesse est, in diem VI. Septemb. quem edita oratio præfert, errorem irrepsisse. Quid si sepulturæ dies cum emortuali confusus sit?

————— Oratio cum epigrammatis aliquot, epitaphiis, in obitum Imp. Ferdinandi I. P. F. A. PP. &c. tertio Nonas Sextil. anno M D LXIII. Viennæ apud viduam Zimmermanni. 1565. in 4. M.

Orationem rarissime obviam inscribit Carolo archiduci Austriæ. Præter epigrammata, & epitaphia adduntur in fine: *precatio hisce temporibus æecommo-*

data, & usibus oratione soluta, & ligata, paraphrasis Psalms 46. de Melitenfibus liberatis.

SAMBUCI (Joan.) de imitatione Ciceronis dialogi. Antverp. 1563. in 8.

———— De imitatione a Cicerone petenda libri III. Ejusd. somnium Scipionis luculenta paraphrasi, & scholiis breviter, commodeque illustratum. Antverp. apud Anton. Tilenium Brechtanum. 1568. in 8. *Uterque liber ex infrequentioribus.*

SANCHEZ (Antonii) La Muger fuerte, asombro de los desiertos, penitente, y admirable santa Maria Egipcianca. Dedicata all Ill. S. D. Fr. Alonso de S. Thomas Obispo de Malaga, del consejo de su Magestad. En Malaga por Mateo Lopez Hidalgo impressor. 1677. in 4. *Editio apud nos perrara.*

SANCTI (Mariani) Barolitani philosophi, commentaria in Avicennæ textum. De apostematibus calidis: de contusione & attritione: de casu & offensione: de calvariæ curatione: compendium in chirurgia: libellus de lapide renum: libellus aureus de lapide vesicæ per incisionem extrahendo: libellus quidditativus de modo examinandi Medicos chirurgicos: oratio de laudibus medicinæ. Venet. apud hæredes Lucæantonii Junte. 1543. in 4.

Collectio rara. Bauer ex biblioth. Thomafiana opusculum de lapide renum Parifiis 1540. in 4. editum *rarioribus* inserit.

SANDERI (Nicolai) de visibili monarchia Ecclesiæ libb. VIII. In quibus diligens instituitur disputatio, de certa & perpetua Ecclesiæ Dei tum successione, tum gubernatione monarchica, ab ipso mundi initio usque ad finem. Deinde etiam civitatis diaboli persæpe interrupta progressio proponitur, sectæque omnes, & hæreses confutantur, quæ unquam contra veram fidem emerferunt. Denique de anti-Christo ipso, & membris ejus, deque vera Dei, & adulterina diaboli ecclesia copiose tractatur. Si quid præterea difficile, aut scrupulosum vel in Pontiff. Romanorum historia, vel in conciliorum generalium ratione accidit, id ipsum ex proposito discutitur, & examinatur. Antverp. apud Joan. Foulcerum. 1578. in fol.

Liber *rarus* & perutilis. Forte fit ex editione Lovaniensi anni 1571, cujus Gesnerus meminit, exscriptus.

SANNAZARII (Jacobi) *Arcadie*, Rime, con la vita dell' authore. Venetiis. 1580. in 12. *Editio a quod nos perrara.*

SANSOVINO (Francesco) *Della materia medicinale* libri quattro, con le figure delle herbe ritratte dal naturale, & la maniera di conoscerle, & di conservarle &c. Venet. excudebat Joan. Val-

vaffori dictus Guadagninus. 1561. in 4. *Liber rarus.*

SANTBECHI (Danielis) problematum astronomicorum, & geometricorum sectiones VII. Basil. per Henr. Petri, & Petrum Pernam. 1561. in fol. *Liber infrequens.*

SARBIEVII (Mathiæ Casimiri) Soc. Jesu Lyricorum libri IV. Epodon liber unus, alterque epigrammatum. Antverp. ex offic. Plantiniana. 1632. in 4. M.

In catalogo biblioth. Christii *raris* accensetur.

SARDI (Alexandri) Ferrariensis, de moribus, ac ritibus gentium libb. III. Ejusd. de rerum inventoribus libb. II. iis maxime, quorum nulla mentio est apud Polydorum, nunc primum in lucem editi. Moguntia per Franc. Behem. 1577. in 8.

Liber *rarus*, ut biblioth. Saltheniana, & Solgeriana perhibent.

SARPII (Pauli) Veneti (alias quoque Pauli Suauis Polani) Historiæ Concilii Tridentini Libri VIII. ex italicis summa fide & accuratione latini facti. Augusta Trinobantum primum, nunc vero Francofurti apud Godefr. Tampachium. 1621. in 4. M.

Versio *rara*, & prima post Londinensem anni 1620. quam, si Hoornbeck in examine bullæ Papalis non fallit, adornaverat Adamus Neutonus Scotus. Qua

fide author scripserit, non est hujus loci, nec meum operosius indagare, illud tamen certum habeo, Miledonum, qui Oratoribus Venetis in concilio Tridentino a secretis erat, haud pauca aliter in MSS. suis adversariis, quam Sarpium, referre.

SARSI (Lotharii) ratio ponderum libræ, & simbellæ, in qua, quid Lotharii Sarfii libra astronomica, quidve e Galilei Galilei simbellatore de Cometis statuendum sit, collatis utriusque rationum momentis, philosophorum arbitrio proponitur. Parisiis apud Sebastianum Cramoisy. 1626. in 4. *Liber raro obvius.*

SASBOUT (Adami) Minoritæ in omnes fere D. Pauli, & quorundam aliorum Apostolorum epistolas explicatio; opera & industria Cornelii Werburch Delphii in lucem edita. Lovanii ex offic. Antonii Mariæ Bergagne. 1556. in 4. *Editio parum communis.*

SATRAPITANI (Haynrici) Pictoris ain Christliche anred unnd ermanung, sich von den grossen Lutherischen Schreyern, und cantzelschendern zu verhütten, so yetz under den evangelion iren grossen schalck zü bedecken mainen, von wolchen Luthern, und dem hayligen evangelion grosser abfall und verachtung erwächset. 1524. in 4. sine loci indicio.

Libellus *admodum rarus*; nomen authoris frustra apud alios quæsi; forte suppositum fit.

SATYRÆ duæ; Hercules tuam fidem, sive Munsterus hypobolimæus. Et virgula divina. Accessit his accurata Burdonum fabulæ confutatio. Lugd. Batav. ex offic. Joan. Patii. 1609. in 12. *Editio rara.*

SAUBERTI (Johan.) Historia bibliothecæ Reip. Norimbergensis, Norimb. 1643. in 12. M.

Bauerus ex catalogo biblioth. Feuerlinianæ librum *raris* inserit cum figg. Meum exemplar præter eam, quæ in frontispicio visitur, nullam prorsus exhibet. Duas is orationes continet, quarum prior de bibliothecæ structoribus, altera de libris rarioribus agit. Has excipit appendix de typographia, in qua simul recenset libros, qui seculo XV. excusi in biblioth. Norimb. exstant.

SAVONAROLÆ (Hieron.) Oracolo della renovatione della Chiesa, secondo la dottrina del reverendo P. F. Hieronimo Savonarola da Ferrara dell' ordine de predicatori, per lui predicata in Firenze. Venetiis 1543. in 8.

————— Opus eximium adversus divinatricem astronomiam, in confirmationem ejusdem astronomicæ prædictionis Joan. Pici Mirandulæ Comitis, ex Italico in latinum translatum, interprete F. Thoma Boninsignio Senensi Ord. Prædicat. ab eodem scholiis, adnotationibus illustratum. Accedit ejusd. interpretis apologeticus adversus hujus

operis vituperatores. Florentiæ 1582. apud Georg-Marescotum. in 8.

Pleraque hujus authoris opera *raris*, quædam quoque *rarissimis* accenseri solent.

SAVONAROLÆ (Michaelis) Practica de egritudinibus a capite usque ad pedes. Venet. per Andream de Bonetis de Papia. X. Maji. 1486. in fol.

———— Opus egregium de pulsibus, urinis, & egestionibus. Bononie per Henricum Harlem, & Joannem Walbeeck. 1487. in fol.

———— De febribus, dictum Canonica. Bononie Dionysius de Berthochis impressit. 1487. in fol.

Tria hæc opera inter *rarissima* locum merentur. Postremum una cum opere de pulsibus simul prodiisse, Maittairius Tom. I. Part. II. pag. 482. ex biblioth. Amerbach. refert: id, si locum spectes, verum est, non item si typographum.

———— Opus practicum in sex tractatus divisum. — Michael Savonarola Patavinus ordine equestri hierosolimitanorum physicus, & medicus clarissimus hoc divinum medicine opus edidit. Impressum Venetiis mandato & expensis Nobilis viri, domini Octaviani Scoti civis Modætiensis. 1497. V. Kal. Julias per Bnetum (Bonetum) Locatellum Bergomensem. in fol. *Editio rara.*

SAURAW (Sigmundi a) oratio de Ferdinando Cæsare, Archiduce Austriae, & Stiriae Principe &c. recitata in schola Provincialium. Græciæ in Stiria excudebat Zacharias Bartschius. 1564. in 8. M.

Oratio *rara*, & magis ad fidem historicam, quam artis præceptiones exacta, illud inter cetera de Anna Ferdinandi conjuge complectitur: *benignitatis suæ erga pauperes monumentum immortale reliquit Hospitale amplissimum, & splendidissimum Viennæ conditum, & redditibus annuis copiose dotatum, in quo magnus pauperum numerus mundissime habitat, & victu honesto assidue alitur.* Si id Urbicum est, habent Viennenses, quod Hungaræ Principis memoriam grati recolant.

SAUSSAY (Andr. du) De causa conversionis S. Brunonis Carthusianorum Patriarchæ epistola didascalica. Colon. apud Jodocum Kalcovium, & socios. 1645. in 8. *Liber parum obuius.*

SAXONIA (Herculis) de Plica, quam Poloni *gwozdiac*, Roxolani *Kolutunum* vocant, liber nunc primum in lucem editus. Patavii ex offic. Laurentii Pasquati. 1603. in 4.

————— Disputatio de phœnigmorum, quæ vulgo vesicantia appellantur, & de theriacæ usu in febribus pestilentibus. *ibid.* apud Paulum Meietum. 1591. in 4.

————— De phœnigmis libri III. in quibus agitur de universa rubificantium natura, deque

differentiis omnibus, atque usu. Pfilotris, smegmatibus, dropacibus, sinapismis simplicibus ac compositis, vulgo vesicantibus, de quorum usu in febribus pestilentibus multa disputantur, nunc primum in lucem editi, ibid. apud eund. 1593. in 4.

Omnia hæc apud nos *raro obvia* sunt. Postremum opus ex priore. quod XVIII. dierum spatio absolvemat, ortum, & auctum est. In hoc præludunt carmine Jacobus Zwingerus Theodori filius: tum Franciscus Polia Siculus Leontinus, & Scipio Mercurius, omnes Medici.

SAXONICÆ protectionis justitia in civitate Erfurtenfi: sive brevis expositio indubitati juris, quod serenissimi, Elector, & Duces Saxonix &c. more Maiorum, & secundum Imperii leges, pacisque publicæ constitutiones merito exercent, ad tuendum pristinum statum, libertatemque prædictæ civitatis. 1663. in 4. sine l. M. *Scriptum rarum.*

SCALA (Pauli de la) Principis Hunnorum (alias Scalichii) miscellaneorum de rerum causis, & successibus, & de secretiore quadam methodo, qua everfiones omnium regnorum universi orbis, & futurorum series erui possint, libri VII. Item certissima methodus, qua homines palantes ad viam veritatis revocandi veniant, contra centurias Joan. Nafi Minoritæ. Colon. ex offic. Theodori Graminæi. 1570. in 4. *Liber rarus.*

SCALICHII (Pauli) Encyclopædiæ, seu orbis disciplinarum tam sacrarum, quam profanarum, epistemon. Ejusd. theses mysticæ philosophiæ. Eulogus, seu de anima separata, ejusque passione. De justitia æterna, seu vera promissione, gradatio. Exilium, seu de vera Christi doctrina, & de sola fide justificante, ephesia disputatio. De chorea Monachorum, seu cœtu anti-Christi. De labyrintho Romani anti-Christi. De illustrium origine. Revolutio alphabetaria, seu perfectissima ad omne genus scientiarum methodus. Dialectica contemplativa ad consequendos scientiarum habitus perquam utilis, ac necessaria. Conclusiones in omni genere scientiarum mille quingentæ quinquaginta tres, olim Bononiæ primum, deinde Romæ propositæ, de mundo archetypo, intellectuali, cœlesti, elementalī, minore, & infernali. Dialogus de Missa. Glossa in triginta duos articulos canonis Missæ ex Apostolo. Epistola ad Romanum Antichristum. Encomium scientiarum. Basileæ per Joan. Oporinum. in 4.

Hic integer libri titulus est, qui an idem sit cum eo, quem Vogtius his indicat: *Opera junctim Basileæ cura Jo. Oporini 1559. in 4. edita*: an cum illo, quem Freytag *Miscellaneorum Tom. II. sive Catholici epistemonis &c.* vocat, non habeo, quod pro comperto dicam, etsi illud veri similius mihi videatur, quod epistola ad Romanum anti-Christum Turingæ IX. Cal. Aug. data annum referat 1558. Utrum-

vis fit, liber apud nos *perrarus* est, &, ut Vogtius ex Schelhornio monet, ab altero sui temporis Ecebolio profectus. Author sibi tribuit nomina: *de Lika, Comitis Hunnorum, & Baronis Zkradini*; alias vero his utitur titulis: *Principis regni Hungariæ, Dynastæ magni principatus utriusque terræ Hunnorum, Marchionis Veronæ &c.* sumti sunt ex diplomate Belæ IV. Hung. regis anni 1263. quod in fine operis adnexum est. In eo rex Philippo, & Bartholomæo Scallich de Lika, quod sibi tempore persecutionis Tartarorum in Dalmatiam fugienti auxilio fuissent, castrum Ekrad, inde *Baronis Zkradini* nomen, tum terram ex utraque parte fluvii Hun sitam donat, hinc monstrosus ille titulus: *Dynasta magni principatus utriusque terræ Hunnorum.* At diploma hoc merito suspectum videri debet. Nec enim annus 1263. fuit Belæ regiminis 24. sed 27. tum forma donationis ab stilo illius ævi valde abhorrens: *universos, & singulos successores nostros felices Hungariæ reges in Christo rege sempiterno devotissime obsecramus, ne contemnant, nec transgrediantur, quin imo rata tenere & accepta observare dignentur, vigore præsentis nostræ paginæ: quæ forte seculo XI. & donationibus rerum sacrarum congrueret.* Illud etiam, quod de Insigniis gentilitiis dicitur, posterioris temporis est: *eorumque hæredes (ita illic) & successores de consilio fidelium nostrorum Primatum, universis juribus, gratiis, honoribus, & insigniis, quadraturæ videlicet cornuum cervinorum & signaculorum Solis, & Lunæ cum ornatu nostræ coronæ, & solennium liberalitatum regni nostri Hungariæ prærogativis &c.* Ad id enim tempus nulla alia Hungaris insignia fuere, quam quibus officii causa in sigillis Palatini, Judices Curia, Bani Dalm. &c. Vayvodæ Transilvaniæ, tum episcopi, Capitula, & Conventus aliqui religiosorum

utebantur. Primus omnium fuit Sigismundus Imp. & rex Hungariæ, quantum hæcenus mihi ex diplomatis licuit conijcere, qui armorum insignia nostris contulerit, editis Constantiæ, ubi Concilio intererat, compluribus litteris, quæ ejus rei fidem faciant. Credo exterarum Nationum, quæ illuc confluerant, exemplo Hungaros fuisse incitatos, ut similia ab rege suo flagitarent, obtinerentque.

SCALICHHI (Pauli) satyræ philophicæ. Reiomonti. 1563. in 8. *Liber rarus.*

SCALIGERI (Josephi) Aufonianarum lectionum libri II. Lugduni 1575. in 8.

Omnia Scaligeriana cum parentis, tum filii *raris* adnumerari solent.

————— Conjectanea. Parisiis typis Roberti Stephani. 1565. in 8.

————— Julii Cæsaris poemata in duas partes divisa. Sophoclis Ajax lorarius stylo tragico a Jos. Scaligero, Julii filio translatus. Ejusd. epigrammata quædam tum græca tum latina cum quibusdam e græcis versis. 1574. in 8. sine l.

Librum possedit olim L. B. ab Althan, ut ex adjecta manu liquet: *generosæ indolis, ac præclaræ spei puero Quintino L. B. ab Althan, & Muersterten Marcus Fautor Oedenburgensis in optimam sui memoriam dono mittit Vienna 1577. mense Augusti.*

————— Epistolæ, & orationes nunquam antehac excusæ. Seorsum accessere Johan. Th. Frei-

gii orationes VIII. Friburgi Brisgoæ habitæ, nunquam antea editæ. Hanoviæ. 1612, in 12. M.

SCALIGERI (Josephi) Oratio pro M. Tullio Cicerone contra Ciceronianum Erasmi. Ejusdem hymni sacri, & poemata sacra. Omnia nunc, aliis intacta, in lucem revocata. Colon. apud Bernardum Gualtherium. 1600, in 12.

Hymni tamen, & poemata, quæ titulus promittit, ab nostro exemplari absunt, an typographi oblivione, an bibliopegi olisciantia, incertum.

SCARDEONII (Bernardini) Canonici Patavini, de antiquitate urbis Patavii, & claris civibus Patavinis libri III. Appendix de sepulcris insignibus exterorum Patavii jacentium. Basil. ex offic. Nicolai Episcopii junioris. 1560. in fol.

Liber *perrarus*: prodiit jam prius Venetiis an. 1558. apud Valgrifium.

SCARGA (Petri) Soc. Jesu, artes XII. Sacramentariorum, seu Zwingliocalvinistarum, quibus oppugnant, & totidem arma Catholicorum, quibus propugnant præsentiam corporis D. N. Jesu Christi in eucharistia, contra Andream Volanum hujus hæreticæ pestis in Lithuania archiministrum. Vilnæ typis & sumptibus D. D. Nicolai Christoph. Radivili Ducis Olicæ, & Niefvis M. D. Lithuanicæ Marschalci. in 4. sine anno.

Editio *rara*. Additur in fine contradictionum, & antilogiarum scholæ Calvinisticæ Andreæ Volani index.

Dedicatio ad Stephanum Bathory Poloniæ regem Rigæ 1582. scripta, de hoc Heroe memoratu dignissima continet.

SCENA motuum in Gallia nuper excitatorum, Virgilianis, & Homericis versibus expressa. 1616. in 8, sine l.

Scriptum *perrarum*. Addita sunt colloquia *Curatoris de Couffy*, de rebus, quæ ad Curiam spectant. Videtur idem author esse, qui *sortes Virgilianas* ediderat, ut supra in voce *Passavanti* memoraveram.

SCEPPE RI (Cornelii Duplicii) Rerum a Carolo V. Cæs. Augusto in Africa bello gestarum commentarii elegantissimis iconibus ad historiam accommodatis illustrati. Antverp. apud Joan. Belle- rum. 1554. in 8. M.

Aliorum judicio *liber rarissimus*: icones tamen forma lignea effictæ vehementer ab elegantia abluunt. Continet autem Joan. Christoph. *Calveti Stellæ* ad Carolum V. Cæs. encomium. *Joan. Etrobii* diarium expeditionis Tunetanae a Carolo V. an. 1535. susceptæ. *Pauli Jovii* ex Hist. sui temporis libro XXXIII. fragmentum, declarans, quibus artibus Hariadenus Mithyleneus cognomento Barbarossa regno Tunetano in- vaso, Mulcastem regem legitimum exegerit. Ejusd. ex Hist. lib. XXXIV. fragmentum de Carolo V. Cæs. in Tunetum expeditione. *Nicolai Villagagnonis* Equitis Rhodii expeditionem Carolo V. in Africam ad Algieram. J. Chri. *Calveti Stellæ* commentarium de Aphro- disio expugnato.

SCHARPII (Leonelli) novum fidei symbo- lum, sive de novis multis perduellionis, & XII.

superstitionis articulis, Catholicæ fidei nomine velatis, & a Pio IV. in symboli formam redactis dialogus. Londini excudebat Richardus Field. 1612. in 4. *Editio perrara.*

SCHEFFERI (Joan.) Argentoratensis Laponia: id est, regionis Lapponum, & gentis nova, & verissima descriptio. In qua multa de origine, superstitione, sacris magicis, victu, cultu, negotiis Lapponum: item animalium, metallorumque indole, quæ in terris eorum prodeunt, hæctenus incognita produntur, & eiconibus adjectis cum cura illustrantur. Francof. 1673. in 4. M. *Liber raro obvius.*

SCHEGKII (Jacobi) Schorndorffensis de causa continente Medicorum liber, quo docet, eam esse in morbis, refellens opinionem scriptoris cujusdam anonymi, qui eam profus in morbis nullam esse contendit. Basil. apud Jacobum Parcum. 1558. in 8.

————— Hyperaspistes responsi ad quatuor epistolas Petri Rami, contra se editas. Tubingæ. 1570. in 4. *Utrumque opus infrequens.*

SCHEINER (Christoph.) Rosa Vrsina, sive Sol ex admirando facularum, & macularum suarum phænomeno varius, nec non circa centrum suum, & axem fixum ab occasu in ortum annua, circaque alium axem mobilem ab ortu in occasum
conver-

conversione quasi menstrua super polos proprios, libris IV. mobilis ostensus a *Christophoro Scheinero* Germano - Suevo e Soc. Jesu, ad Paulum Jordanum II. Urfinum Bracciani Ducem. Bracciani apud Andream Phœum typographum Ducalem. Impressio cœpta anno 1626. finita vero 1630. Idibus Junii. in fol. maj.

Editio *rara*, & *splendidissima*: duplex ejus exemplar in biblioth. nostra exstat. Germaniæ igitur debemus, detectas in sole maculas, tamen si fuerint, qui seu inanis gloriolæ, seu pravo Nationis studio ducti, hanc laudem Scheinero ereptam voluerint, ut in operis præfatione, item lib. I. cap. 2. lib. III. in Notis generalibus, ac alibi crebro, & perspicue declatur.

SCHELSTRATEN (Emmanuel. a) Tractatus de sensu, & auctoritate decretorum Constantiensis Concilii sessione IV. & V. circa potestatem ecclesiasticam editorum. Romæ typis S. Congreg. de propaganda fide. 1686. in 4. *Liber rarus*.

SCHENITZ (Antonii) wahrhaftiger Bericht, wie sich die sachen zwischen den Cardinal von Meintz &c. und seinem Bruder Hans Schenitz zugegetragen, und er von Cardinal on recht getödet, und seine Güter mit gewalt eingezogen, und zur unbilligkeit gehemmet worden. Wittenbergæ 1538. in 4. M. *Libellus admodum rarus*.

SCHWRLI (Christoph.) Epistola ad Charis

tatem Pirchameram (Nurmburgensis cenobii dive Clare Abbatem.) Carmen *Conradi Celtis* ad eandem. Epistola *Pilati* ad Tiberium Cesarem. Epistola *Lentuli* ad Tyberium Cesarem. Epistola *Abgari* ad Jesum Salvatorem: epistola responsiva ad Abgarum. Utilitates Misse. Exemplum *Enee Silvii* de vendente Missam. Utilitates orationis pro defunctis. Exemplum pulchrum quod contigit Bononie. Sequentia dies iræ. Carmen ad divum Christophorum. — Finit libellus de utilitate Misse, quem Joannes Weyffenburgius sacerdos solita diligentia imprimebat Nurenberge vicesima Januarii anno tertiodecimo. (1513.) folior. 8. in 4.

Collectio *rarissima*, & fors ea ipsa, quam Freyrag analect. litt. pag. 829. fine anni indicio memorat, cum in fine Georgii Sibuti ad Casparem de Schalhausen Misnensis Ecclesiæ Canonicum, & ad Christoph. Scheurlum Rectorem Academiæ Albiorenæ carmina essent. Nomen authoris varie scribi solet: Freytagius *Schwrlum*, ut nostrum exemplar in titulo habet, Simleri biblioth. *Scheverle*: nostrum rursus ante *sequentia dies iræ* disertè ita exprimit: *ego Christophorus Scheverlus*. Carmen Celtis præcedit epistolam ad Pirchameram contra, quam titulus exhibeat. Pilati epistola est de morte Jesu Christi scripta, ad quam rubrica habet: *reperta in antiquissimo codice*. Hoc ejus initium est: *De Jesu Christo, quem tibi plane postremis meis declaraveram, nutu tandem populi, acerbum! me quasi invito & subimente, supplicium sumptum est. Virum, hercle, ita pium, & severum nulla unquam ætas habuit, neque habitura est. &c.*

SCHICKARDI (Wilhelmi) Tarich, hoc est, series regum Persiæ, ab Ardschir Babekan usque ad Jazdigerdem, a Caliphis expulsum, per annos fere CCCC. cum præmio longiori, in quo vetusti quidam Magnates, maxime reges Adarbigan: item genealogia Christi Salvatoris, quantum de illa tenent Saraceni. Omnia ex fide MS. voluminis authentici apud Musulmanos, quod a Turcis ex archivo Fillekenfi reportavit, & primus in Germaniam invexit *Vitus Marchtaler* Ulmanus: vestita tamen liberiori commentario ex aliis Arabum, & Hebræorum libris, aliquibus vel non editis hactenus, vel nunquam visis latine. Tubingæ typis Theodori Werlini. 1628. in 4.

Liber rarissime obvius. Excerpta sunt quædam ex Marchtaleri dedicatione ad Ferdinandum II. Imp. *Debuissim, inquit, tunc exhibere volumen genealogicum Turc-Arabicum, quod biennio ante, cum famosissimum illud Ungariæ castellum Fillek expugnarem, in direptione templi Mahummedani, Mesgidam vocant, propitio Deo nactus sum, elegantissime scriptum, ac propter immanem longitudinem convolutum in spiras: sed cohibuit me, nescio, quæ sollicitudo, ut huic thesauro non sine discrimine parto, instar gryphis auro incubantis, tenerrime hæcenus caverim, ne fortunam experiretur eandem, quam olim annales Turcici, Aug. Sac. Cæs. M. vestræ avo cognomini sanctiss. recordationis, ab Hieron. Bekio de Leopoldsdorf, viro præstrenuo, ex Horeb monte, ac Jerosolymis reduce, oblatis, donec ejusdem aquisitionis cura, & hortatu nobilis ille polyhistor Joh. Lewer-*

*elavius indignæ fortis libri misertus, eum latine publicaret. Itaque hanc operam dedi potius, ut interpretatione quadam vestitum se sisteret Augustalibus oculis. Proinde passim in Transsylvania, & limitaneis Ungariæ locis, maxime vero cum Dragomiris Turcorum hoc egi, sed ut ubique frustrarer, fecit partim imperitia illorum, partim mea diffidentia, qui barbaricis idgenus concedere timebam, quod ipsi suis tantum Dynastis deberi, a nobis vero indigne possideri existimabant. Itaque defectu interpretis delituit hic codex 35. annis, donec in Schickardum incidisset, qui ex XVII. familiis, quas id MS. continet, priores VI. tantum, hoc est, antediluvianorum, Patriarcharum, Regum Adherbiganiæ, Persarum priscorum, Salvatoris nostri ab Abrahamo per Davidem, & regum Persiæ posteriorum ab Ardschiro ad Jazdigerdem, familias hoc libro interpretatus est. Meminit in eadem dedicatione Marchtalerus, commentariolum de rebus a Sigismundo Transsilvaniæ Principe fortiter adversus Turcas gessis, ab se concinnatum, & Rudolpho Cæsari oblatum fuisse: qui an editus sit, an contra adhuc lateat, aut communicatus sit Theodoro, & Israeli de Bry fratribus, ambigo, etsi postremum suspicari in mentem veniat, cum in *historia chronologica Pannoniæ* ab illis edita, res Sigismundi Bathory contra Turcas feliciter gestæ, accurate describantur.*

SCHICKARDI (Wilhel.) Deus orbis Sarcenorum e pseudo-prophetæ Muhammedis Alkurano prolectus, & suismet armis oppugnatus. Tubingæ apud eund. 1622. in 4.

Liber rarus, nec ejusdem *Bechinath Happeruschim* ibid. typis viduæ Joan. Cellii 1624. in 4. editus, quem itidem possidemus, facile obvius est.

SCHINDLERI (Valentini) Lexicon pentaglotton, hebraicum, chaldaicum, syriacum, Talmudico-Rabbinicum, & Arabicum. Hanovix typis Jacobi Henneji. 1612. in fol.

Biblioth. Saltheniana editionem Londinensem anni 1635. perraris accenset.

SCHIOPPII (Casp.) infamia Famiani (Strada), et de stilo historico. Amstelod. 1663. in 8. *Editio rara.*

SCHOENLEBEN (Joan. Ludov.) Dissertatio polemica de prima origine Augustissimæ Domus Habspurgo-Austriacæ, in qua XX. diversæ opiniones authorum ventilantur, & vera origo a Carolo M. Imp. eiusque Maioribus Franco-Germanis &c. ostenditur, & solide probatur. Prolegomenon ad annum sanctum Habspurgo-Austriacum, in quo per singulos anni totius dies D. sancti, beati, & venerabiles utriusque sexus Habspurgo-Austriaci sanguinis, & cognationis nexu iligati proponuntur. Labaci typis Jo. Bapt. Mayr. 1680. Aemonæ, seu Labaci, conditæ 2903. in 4. *Liber rarior.*

SCHONERI (Andr.) Noribergensis Gnomonice, hoc est, de descriptionibus horologiorum Sciotericorum omnis generis &c. Libri III. Ejusd. libellus gnomonices mechanices: de inventione lineæ meridianæ, ac instrumenti ad hoc necessarij com-

positione: de compositione astrolabii plani, & columnaris, directorii astrologici plani. Omnia recens nata & edita. Norimb. apud Joan. Montanum, & Ulricum Neuberum. 1561. in fol. *Liber parum communis.*

SCHONERI (Joan.) Caroloftadii, de judiciis astrorum, & nativitatum libri III. Norimb. 1545. in fol.

Catalogus biblioth. Solgerianæ librum *rarioribus* adnumerat. Possidemus quoque editionem Norimberg. anni 1536. in 4.

SCHONHEINTZ (Jacobi) Ostrofranci, arcium liberalium, ac utriusque medicine doctoris apologia astrologie. — Exaratum per industriosum impressorem Georgium Schenck in insigni ac libera civitate Nurmberga anno incarnationis 1502. Mensis vero Septembris die XXI. fuit. in 4.

Editio *perrara* & Maittairio ignota. In præfatione ad lectorem, monet, sibi rem esse, non cum maledico litteratore, sed cum doctissimo & eloquentissimo Joanne Pico Mirandula Concordiæ Comite generosissimo — — nemo enim fortius, nemo doctius, nemo majore vi, ac contentione astrologiam impugnavit &c. Addit mox: sed non solum morsus, verum etiam latratus adversarii cohibere decretum fuit: mordenti, latrantique mordacia quædam repensa sunt, quamvis pudori meo insueta. &c.

SCHOPPERI (Hartmanni) opus poeticum de admirabili fallacia vulpeculæ Reinikes libros IV. ex

idiomate germanico latinitate donatos complectens. Francof. 1567. cum figg. in 8. *Liber rarior.*

SCHOTTELI (Justi Ge.) Opus de lingua Germanica. Ausführliche arbeit von der Teutschen Hauptsprach. Braunschweig. 1663. in 4. *Opus rarum.*

SCHOTTI (Franc.) & Hieronymi Itinerarium nobilium Italiæ regionum, urbium, oppidorum, & locorum. Partes II. Vicentiæ 1601. in 8. cum figg. *Editio admodum rara.*

SCHREKENFUCHSII (Erasmi) Austrii, mathematicum quondam, & linguæ sanctæ in alma Friburgiorum schola professoris celeberrimi opus posthumum, exactissimam præcipuarum in orbe terrarum gentium, Alexandrinorum, Græcorum, Aegyptiorum, Persarum, Arabum, Hebræorum, atque Romanorum annorum continens rationem: simul ac sex exterorum calendariorum cum anno Juliano collationem, & harmoniam elegantissimam magno studio vestigatam, atque concinnatam. Basil. ex offic. Henricpetrina. in fol. sine anni indicio. *Liber raro obuius.*

SCHRÖTHERI (Adami) Silesii, de nuptiis invictiss. ac gloriosiss. Sigismundi Augusti regis Poloniae &c. & Catharinæ Cæsaris Ferdinandi filiae carmen elegiacum. Item aliquot elegiæ ad quosdam Principes.

Ad Lectorem.

Longis carminibus meos libellos
 Dilatate velim lubens, amat sed
 Vestes aula breves, brevesque versus.

Cracoviæ Lazarus Andreae excudebat, 1553, in 4.
M. Scriptum perrarum.

SCHURMANN (Annæ Mariæ) opuscula hebræa, græca, latina, gallica, profaica, & metrica. Lugd. Batav. ex offic. Elzeviriorum. 1648. in 8.

A Vogtio *rarioribus* adnumeratur.

SCHWARTZENTHALERI (Jo. Bapt.) Professoris Cæsarei in archigymnasio Viennensi Imperialis codicis ordinarii, & hoc tempore Facultatis juridicæ Decani, tractatus compendarius de novationibus, delegationibus, juriumque, & nominum cessionibus. Vien. Austr. typis Leonardi Formicæ in Bursa agni. 1594. in 4. *Liber infrequens.*

SCHWENCKFELT (Casparis) Stirpium, & fossilium Silesiæ catalogus. Lipsiæ. 1600. in 4.

———— Theriotropheum Silesiæ, in quo animalium quadrupedum, reptilium, avium, piscium, insectorum natura, vis, & usus, sex libris perstringuntur, Lignicii, 1603, in 4.

Utrumque opus apud nos rarum.

SCOTTI (Andr.) Itinerario, ò vero nova descrizione de' Villagi principali d' Italia &c. Par-

tes III. Paduæ & Vincentiæ. 1627. — 1629. in 8.
cum figg. *Editio rara.*

SCRIPTORES historiæ Augustæ ab Erasmo
editi. Vide *Historiæ Augustæ.*

————— Rerum, urbiumque Italicarum va-
rii notæ melioris, nunc primum collecti, simulque
editi. Francof. 1600. in fol.

Liber *infrequens* complectitur *M. Ant. Sabellici* de
fitu urbis Venetæ libros III. Ejusd. carmen geneth-
liacum urbis Venetæ. Ejusd. de apparatus urbis Vene-
tæ lib. I. *Jo. Chrysof. Zanchii* de Orobiorum seu Ce-
nomanorum origine libros III. *Torelli Saraynæ*
de orig. amplitudine, & antiquitate urbis Veronæ
libb. V. *Gaudentii Merulæ* antiquitatum Galliæ
Cisalpinæ libb. III. Ejusd. apologiam. *Bonavent.*
Casillionæi de Gallorum Insubrum antiquis sedibus
lib. I. *Pauli Jovii* lacus Comensis descriptionem. *Ber-*
nardii Sacci Ticinensis historiæ libb. VII. *Jac. Brace-*
lii Liguriæ descriptionem, & de claris Genuensibus.
Andr. Mugnotii Hisp. Camaldulensis eremi libb. II.
Cæs. Orlandii de urbis Senæ antiquitate lib. I. *Anto-*
nii Massæ de orig. & rebus Faliscorum lib. I. *Petri*
Curfii de civitate Castellana Faliscorum poema. *Anto-*
nii Sanfelicii monachi Campaniam. *Uberti Folietæ*
de laudibus urbis Neapolis. *Scipionis Mazellæ* de Pu-
teolis, & Cumis. *Joan. Franc. Lombardi* de aquis
Puteolanis. *Ambrosii Leonis* de Nota libros III. *Gabr.*
Barrii de antiquitate & situ Calabriæ libb. V. *Joan.*
Juvenis de antiquit. & varia Tarentinorum fortuna
libb. VIII. *Cl. Marii Aretii* chorographiam Siciliæ
Antonii Philothei de Homodeis Aetnæ montis topo-
graphiam. *Joan. Franc. Lombardi* de balneis Aena-
riarum. *Quindini Hedui* Melitæ insulæ descriptionem,

SCRIPTORES Rerum Siculicarum ex recentioribus præcipui in unum corpus nunc primum congesti, diligentique recognitione plurimis in locis emendati. Francof. apud Andream Wechelum. 1579. in fol.

Liber *rarus* continet *F. Thomæ Fazellii* ord. Prædicat. de rebus Siculis Decades II. *Cl. Marii Aretii* de situ insulæ Siciliæ libellum. Siciliæ descriptionem ex *Dominici Marii* geographiæ commentario octavo. *Michael. Ritii* de regibus Siciliæ, eorumque origine, & successione libros IV. *Hugonis Falcandi* de calamitate Siciliæ historiam.

SCRIPTORUM veterum de fide Catholica quinque opuscula. *Alcuini* confessio fidei suæ. Ex libris X. *S. Fulgentii* contra Fabianum fragmenta XXXIX. totum pene ipsum opus complexa. Ex libro *S. Fulgentii* de incarnatione Christi insignia XIII. fragmenta. *Rabani Mauri* liber adversus Judæos. *Anonymi* de Beringarii hæresiarchæ damnatione multiplici commentariolus eo anno, quo Beringarius vivere desuit, conscriptus. Petrus Franc. Chiffletius Soc. Jesu presbyter hæc e MSS. Codd. eruit, quibus & suam in Sanctum Ferrandum redivivum animadversionem adjecit. Divione apud Philibertum Chavance. 1656. in 4. *Liber raro obvius.*

SEBASTIANI (Claudii) Metensis organistæ bellum Musicale inter plani, & mensuralis cantus

reges, de principatu in Musicæ provincia obtinendo contententes. Argent. in offic. Pauli Macharopœi. 1563. in 4. *Liber rarus.*

SECKENDORF (Viti Ludov.) Commentarius historicus, & apologeticus de Lutheranismò, sive de reformatione religionis ductu D. Mart. Lutheri in magna Germaniæ parte, aliisque regionibus, & speciatim in Saxonia recepta, & stabilita: in quo ex Ludov. Maimburgii Jesuitæ historia Lutheranismi anno 1680. Parisiis gallice edita, libb. III. ab anno 1517. ad an. 1546. latine versi exhibentur, corriguntur, & ex MSS. aliisque rarioribus libris plurimis suppleuntur. Lipsiæ. 1694. in fol.

Liber infrequens: prodiit primum Lipsiæ anno 1688. rursus ibid. 1692. in fol. Nostra igitur ordine tertia editio est.

SECUNDINI (Nicolai) Otthomanorum familia, seu de Turcarum imperio historia, addito complemento *Jo. Rami* a capta Constantinopoli usque ad nostra tempora. Item elegiæ, & hendecasyllaba quædam ejusd. Rami. Viennæ apud Egidium Aquilam. 1551. in 4. M.

Liber rarus: prodiit jam antea Wittebergæ an. 1531. ut Bauer ex biblioth. Solgeriana refert, vix tamen, ut puto, cum Complemento Rami.

SEDULII Scoti Hybernensis in omnes episto-

las D. Pauli collectaneum. Basil. per Henr. Petrum. 1528. in fol. *Editio rara.*

SEGEBERGEN (Tilmanni) de septem sacramentis adversus hæreticos. Coloniae. 1546. in 8. *Liber parum communis.*

SELNECCERI (Nicolai) Schreiben vom freit vom Abendmahl. 1571. in 4. *Scriptum rarum.*

————— Psalterium Carminicum. Henricopolis per Conradum Horn. 1573. in 8. *Liber rarus.*

SENECÆ (L. Annæi) de morum institutionibus liber. Impressum Lipsigk per Baccalaurium Martinum Herbipolensem. 1510, in 4. *Editio rara.*

————— Ludus de morte Claudii Cæsaris nuper in Germania repertus cum scholiis B. Rhenani. *Synesius Cyrenensis* de laudibus calvitii Joan. Phrea interprete cum scholiis B. Rhenani. *Erasmi* Roterodami Moriae encomium cum commentariis Gerhardi Liffrii, trium linguarum periti. Epistola apologetica *Erasmi* Rot. ad Martinum Dorpium Theologum. Basil. apud Joan. Frobenium. 1515. in 4. *Collectio rara, & nitida.*

————— Opera omnia. Venetiis per Bartholomeum de Zanis de Portesio. 1503. in fol.

Editio rarior, & ab Harvoodo præterita.

————— Tragœdiæ. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ fœceri, mense Octobri. 1517. in 8. M.

Editio *rara*, quam in auctione pluris, quam duabus libris Anglicanis venisse Harwoodus testatur. Editionem procuravit Hieron. Avantius Veronensis, qui ad tria millia errata, & inversa loca exemplariorum depravatione, & per librariorum incuriam commissa deprehendit, correxitque.

SENECÆ (L. Ann.) Clarissimi Stoici philosophi, nec non poetæ acutissimi opus Tragœdiarum. Venet. apud Bernardinum de Vianis. 1522. in fol.

Liber *rarus*. Adjunctos habet commentarios Bernardini Marmitæ, & Danielis Cajetani.

SEPTEMCASTRENSIS: De moribus, conditionibus, & nequitia Turcorum, a quodam Christiano provinciæ Septemcastrensis (Transsilvaniæ) diu in manibus Turcorum captivo conscriptus liber. Paris. apud Henr. Stephanum. 1511. in 4. M.

Conjunctus est, ut alias monui, libello *Ricoldi* contra sectam Mahumeticam, & opusculo *Victoris a Carben* de vita & moribus Judæorum, quæ collectio plerisque *rarissima* audit. Author in proloquio affirmat, paulo post obitum Sigismundi Imp. & regis Hung. dum Turcæ Valachis conjuncti in Transsilvaniam irrumpentes Sebeßium, in *Teutonico vero*, ut is ait, *Muelnbach* obsedissent, eamque Valachorum fraude cœpissent, se, qui XV, aut XVI. annum agens illius studiorum causa morabatur, captum & Adrianopolim Turcorum Cæsaris per id tempus sedem deductum, & usque ad annum 1458. barbarorum jugo pressum fuisse. Meminit hujus irruptionis etiam Siglerus in suo chronico.

SEPULVEDA (Joan. Genesius de) Historia

de bello administrato in Italia per annos XV. & confecto ab illustriss. ac reverendiss. Cardinale Aegidio Albornatio, Pont. Max. Innocentii VI. qui Avenione tunc residebat, Legato, sacri, & insignis Hispanorum Collegii, quod Bononiæ est, fundatore, pro vindicandis omnibus urbibus, quæ antea in ditione erant, & imperio S. R. Ecclesiæ. Ab Joanne Genesio Sepulveda Hispano scripta. Bononiæ Antonius Giaccarellus, & Peregrinus Bonardus socii excudebant. 1559. in fol.

Historiam sequitur confessim: *summaria instructio eorum, quæ scire oportet præsentaturos, præsentandosque posthac ad collegium Hispanorum Bononiæ &c.* Hanc excipiunt: *Statuta collegii Hispanorum: Bononiæ per eosdem.* 1558. Postremum locum occupat: *illustrissimi, ac reverendiss. Aegidii Albornotii S. R. E. Cardinalis, totius Italiæ Legati, archiepiscopi Toletani &c. Testamentum.* Bononiæ in ædibus Jo. Bapt. Phaelli. 1553. Liber, ut Vogt, & Clement testantur, *extremæ raritatis*, sed ab neutro rite in censum vocatus. Nec Ciaconius, Nicolaus Antonius, aliique, qui ejus meminere, videntur omnia hæc uno volumine collecta præ manibus habuisse. Male enim operis hujus author dicitur Cardinalis *Albornoz*, aut *Albornotus*, cum hujus res XV. annorum spatio in Italia gestas, Sepulveda, ut titulus exserte refert, conscripserit, & annus editionis 1558. ex *Statutis* non rite ad historiam traductus sit.

SERAPIONIS liber aggregatus in medicinis simplicibus. Translatio Symonis Januensis interprete Abraam Judeo Tortuosiensi de Arabico in

latinum. — Opus impressum Venetiis per magistrum Reynaldum de Noviomagio Almanum. Anno domini 1479. die octavo mensis Junii. in fol. *Editio perquam rara.*

SERLII (Sebastiani) Bononiensis, de architectura libri V. a Joan. Carolo Saraceno ex Italica in latinam linguam nunc primum translatis, atque conversi. Nec non extraordinarius quinquaginta portarum libellus in operis calce adjunctus hic demum conspicitur. Venet. apud Franc. de Francis Senen. & Joannem Chrieger. 1569. in fol. cum figg.

Opus *rarum* extat apud nos in triplici exemplari.

SERMONETÆ (Joan.) Questiones subtilissime super libros afforismorum Ypocratis. Ejusdem super librum Tegni. — Bononie disputata anno 1430. per Joannem Sermonetam medicum clarissimum. Venetiis vero impressa mandato & expensis nobilis viri domini Octaviani Scoti &c. 1498. pridie Kal. apriles. Per Bonetum Locatellum Bergomensem. in fol. *Liber rarus.*

SERRARI (Nicolai) Soc. Jesu, Moguntiacarum rerum ab initio usque ad reverendiss. & illustrissimum hodiernum archiep. ac Electorem D. Joannem Swichardum libri V. apud Balthaf. Lippium. 1604. in 4.

Nota *raritatis* insignitur in catalog. biblioth. Solgerianæ, & Salthenianæ.

SERRARI (Nicolai) Orationes Luthero-Turcicæ. *ibid.* 1604. in 8.

————— Des Luthers Nachtlecht, das ist, kurtzer, wahrhafftiger, beständiger, und gründlicher Bericht, von der grossen und ersten, vornehmsten, und wunderbarlichen Erleuchtung, durch welche dem thewren und hochgelehrten Mann D. Martin Luther seine Lehr im anfang offenbahret worden. Ingolst. 1603. in 4.

Utrumque opusculum rarius obvium.

SEVERANI (Joan.) Memorie sacre delle sette Chiese di Roma, e di altri luoghi, che si trovano per le strade di esse. Romæ apud Mascardum. 1630. in 8. cum figg. M. *Liber infrequens.*

SIBUTI (Georgii) Medici, poetæ, & oratoris panegyricus ad potentiss. atque invictiss. Ferdinandum Hung. & Boh. regem &c. Ejusdem exhortatio in Turcum: Ejusd. confutatio in Anabaptistas: Ejusd. illustratio in Olmunz. Viennæ Austriae per Joan. Singrenium anno 1528. a reconciliata divinitate, decima sexta die Martii, in 4. M.

Opus *rarum*, & Gesnero præteritum carmine heroico conscriptum est. Dicit id Bernhardo a Glefs episcopo Tridentino.

SIBYLLE (Bartholom.) Monopolitani, sacre pagine professoris speculum peregrinarum questionum, variis theologie & utriusque censure philosophorum & astrologorum documentis exornatum, cuilibet intuenti, & precipue in agro dominico laboranti perutile. Argentorati per Joan. Grüninger. 1499. in 4.

Editio post Romanam anni 1493. & Parisinam anni 1497. rarissima. Opus tributum est in tres Decades, & illustriss. principi Alfonso de Arragonia invictissimo Duci Calabriae dicatum.

SICULARUM rerum Scriptores. Vide *Rerum Sicularum* Scriptores.

SICULI (Julii Simonis) Idyllion, gesta Julii II. Pont. Opt. Max. continens. Interlocutores Virtus, & Fortuna. Romæ 1512. in 4. M. *Scriptum-perrarum*.

SIEMIENOWICZ (Casimiri) Vollkommene Geschütz-feuerwerck, und Büchsenmeisterey Kunst, hiebeur in lateinischer sprach beschriben, anjetzo in die hochteutsche übersetzt von Thoma Leonhard Beeren Lipsiensis. Francof. 1676. in fol. cum figg. *Liber infrequens*.

SIGEBERTI Gemblacensis cœnobitæ chronicon ab anno 381. ad 1113. cum insertionibus ex historia *Galfridi*, & additionibus *Roberti* abbatis Montis, centum & tres sequentes annos comple-

ctentibus, promovente egregio patre D. G. Parvo, doctore theologo confessore regio nunc primum in lucem emissum. — Absolutum est Parisiis hoc Sigeberti chronicon cum non paucis additionibus per Henricum Stephanum artis litterarum excusoriæ industrium opificem in sua officina e regione scholæ decretorum, expensis ejusdem, & Joannis Parvi bibliopolæ insignis. Anno domini cuncta tempora disponentis. 1513. Calendis Junii. in 4.

Editio, ut titulus præfert, *princeps & perrara*. Typus nigro, & rubro colore varius, ac lineis intercalaribus interceptus, ut de *Eusebii* chronico P. I. pag. 381. memoravi.

SIGONII (Caroli) Historiarum de regno Italiæ libri XX. qui historiam ab anno 570. usque ad annum 1286. quo regnum interiit, & libertas Italiæ redempta est, continent. Francof. apud hæredes Andreae Wecheli. 1591. in fol.

————— Historiarum de occidentali Imperio libri XX. ab anno 284. ad annum 565. ibid. 1593. in fol.

Utrumque opus *raris* accensetur in catal. biblioth. Salthenianæ.

————— Idem opus ad illustriss. & excellentiss. D. Jacobum Boncompagnum Vineolæ Marchionem, & generalem S. R. E. Governatorem. Basil. ex offic. Thomæ Gvarini, 1579. in 4. M. *Liber rarior.*

SIGONII (Caroli) De antiquo jure populi Romani libri XI. Bononiæ 1574. in fol. *Editio perraro obvia.*

SILANI de Nigris de Papia, expositio in Notum librum Almanforis. Venetiis per Bernardinum de Tridino. 1483. die XXX. Marcii, in fol.

Editio perrara, & Maittairio præterita.

SILII Italici Punicorum libri XVII. cum Petri Marfi commentariis. Venetiis 1493. XII. Kal. Octob. in fol.

Catalogus biblioth. Sarrazianæ, & Bauer editionem hanc *admodum raris* accensent.

———— De bello Punico II. libri XVII. nuper diligentissime castigati. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Asulani foceri. 1523. in 8. min.

Editio rara, & a Maittairio omiffa.

SILIOS (Joan.) Bituntini, Mausolæa Romanorum Pontificum, Regumque Austriacorum. Romæ 1670. in 8. *Liber raro admodum obuius.*

SILVATICI (Jo. Bapt.) De aneurysmate tractatio. Vincentiæ apud Georgium Græcum. 1595. in 4.

———— De turgente materia tractatio. ibid. apud eund. 1595. in 4. *Utrumque opus infrequens.*

SIMONII (Simonis) Responsum ad refutatio.

nem scripti de fanitate, victu medico, ægritudine, obitu domini Stephani (Bathory) Polonorum regis, quæ sub nomine Nicolai Buccellæ Cracoviæ Alexii Rodecii antitrinitarii 1588. emissa est. Olomucii 1588. in 4.

SIMONII (Simonis) Philosoph. ac Medicinæ Doctoris, atque inclyti Marchionatus Moraviæ archiatri, scopæ, quibus verritur confutatio, quam advocati Nicolai Buccellæ Itali Chirurghi anabaptistæ innumeris mendaciorum, calumniarum, errorumque purgamentis infartam postremo emiserunt. Olomucii typis Friderici Milchtaller. 1589. in 4.

———— Appendix scoparum, quæ paulo ante in Nicolaum Buccellam Italum Chirurghum antitrinitarium emissæ sunt; in ea respondetur ad apologiam nomine cujusdam erronei Joan. Muralti Locarnensis, nuper ab illo, illo, inquam, Christiano Franck dicatam & editam. in 4. sine l. & anno.

Tria hæc scripta *rarissime* apud nos occurrunt. Argumentum est Stephani Poloniæ regis extremus morbus, hujusque cura, quam cum Simon Simonius, & Nicolaus Buccella contrariis viis inirent, rex præter omnium opinionem extinctus est. Itaque mortis causam alter in alterum editis libellis conjecit. Simonius, quod plures a Buccella starent, Polonia egressus in Moraviam abiit. Ad idem argumentum rite intelligendum haud parum confert *Georgii Chiakor* Stephano

regi a secretis, epistola, de qua memoravi Part. I. pag. 254.

ΣΙΜΠΛΙΚΙΟΥ Μεγάλου διδάσκαλου υπόμνημα εἰς τὰς δέκα κατηγορίας τοῦ Ἀριστοτέλους — τὸ Σιμπλικίῳ υπόμνημα εἰς τὰς δέκα κατηγορίας τοῦ Ἀριστοτέλους ἐντυπωσέν πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν Θεῷ ἐν Ἑνετίαις &c. *Simplicii magni Magistri commentarius in decem categorias Aristotelis.* — *Simplicii commentarius in decem categorias Aristotelis impressus finem accepit jam cum Deo Venetiis, expensis quidem generosi & probi viri domini Nicolai Blasti Cretensis, labore autem & dexteritate Zachariæ Caliergi. Cretensis, in gratiam doctorum virorum, & græci sermonis cupidorum, anno a nativitate Domini 1499. die quinta mensis Octobris. in fol.*

Editio admodum rara. Titulus rubro colore excipit est, cujus quoque sunt tituli categoriarum, & litteræ initiales. Eundem colorem refert figura in libri principio variis ductibus ornata, in cujus medio crux, adjunctis utrinque litteris IC. XC. (Jesus Christus) visitur: infra vero semi monogramma Nicolai Blasti, solum enim N & B conjuncta sunt, cetera integre excipit. Ad calcem typographi symbolum exhibet aquilam bicipitem coronatam nigri coloris, in cujus pectore litteræ Z K. Zachariam Caliergum indicantes, Ad hæc toto opere sola signatura, sine reclamantibus, & paginarum numeris, comparet.

SIMPLICII Commentarii in octo Aristotelis physicae auscultationis libros cum ipso Aristotelis textu. Ne quis alius impune aut Venetiis, aut us-

quam locorum hos Simplicii commentarios imprimat, & Clementis VII. Pont. Max. & Senatus Veneti decreto cautum est. — Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Asulani Soceri Mensæ (sic) Octobri. 1526. græce. in fol.

SIMPLICII Commentarii in tres libros Aristotelis de anima. *Alexandri* Aphrodisieii commentaria in librum de sensu, & sensibili. *Michaelis* Ephesii annotationes in librum de memoria, & reminiscencia. De somno, & vigilia. De somniis. De divinatione per somnium. De motu animalium. De longitudine, & brevitate vitæ. De juventute, & senectute, & vita, ac morte. De respiratione. De gressu animalium. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Asulani Soceri. 1527. Mense Junio. græce. in fol.

Utrumque opus *rarum*, & *Maittairio* non memoratum. Prius Herculi Gonzagæ Mantuano Antistiti; posterius Alexandro Campegio designato Bononiensi episcopo inscribit Franciscus Asulanus. Utrique etiam præfigitur privilegium Clementis VII.

————— Commentarius in enchiridion Epicteti philosophi Stoici; quo universa hominum vita instituitur, & libertatis recuperandæ via monstratur. *Angelo Caninio* Angliarensi interprete, nunc primum in lucem accurate editus. Venet. apud Hieron. Scotum. 1546. in fol.

Liber rarus, & Maittairio præteritus.

SINAPI (Joan.) Palladii Galgocziensis Directoris, Triga thesium de animabus separatis, quarum prima earum cognitionem: altera motum: & tertia appetitum declarat. Trenchinii typis Laurentii Benjamini ab Hage. 1649. in 4. M.

Scriptum perrarum, & paradoxum.

SINCERATIO sincerationum: der Röm: Spanischen Cantzley Nachtrab: oder unteutsche betrügliche Zweyzüngigkeit, das ist: die alt-neue Röm: spanische Betrug- und Sincerir Kunst, die evangelischen zu betriegen, und gar auszurotten, Anno miraculosissimo. 1624. in 4. sine l. pagg. 110. *Liber raro obuius.*

SINIBALDI (Jo. Benedicti) Geneantropheiæ: five de hominis generatione decateuchon. Romæ ex typogr. Francisci Caballi. 1642. in fol. *Opus infrequens.*

SIRIGATTI (Francisci) De ortu, & occasu signorum libri II. astronomiæ studiosis utilissimi. Cautum est Cæsaris, & Clementis VII. Pont. Max. privilegiis, ne cuiquam hosce libros, & A. Jani Parrhasii in Flacci artem poeticam commentarios ante decennium imprimere, aut alibi impressos venum exponere liceat. Neapoli opera Joannis Sultzbachii Hagenovensis Germani. 1531. in 4.

Editio *rara*, Gesnero, Maittaireio, ac pluribus aliis ignota. Liber I. agit de triplici ortu & occasu ima-

ginum secundum poetas : II. vero secundum astronomos.

SIXTI V. Fulmen brutum in Henricum sereniss. regem Navarrae, & illustriss. Henricum Bourbonium, Principem olim Condæum evibratum. Cui præter alia subjuncta est disputatio Roberti Bellarmini Soc. Jes. de primatu episcopi Rom. & ad eam responsio &c. 1603. in 8.

Biblioth. Saltheniana, & Feuerliniana editionem sine anni indicio in 8. a raritate laudant.

SLEIDANI (Joan.) De statu religionis, & reipublicæ Carolo V. Cæsare commentarii. Argent. excudebat Wendelinus Rihelius. 1555. in fol.

Editio prima atque rarissima testibus catalogis biblioth. Engelianæ, & Salthenianæ. Georgius Stettner, qui exemplar nostrum Viennæ I. Januarii 1578. emerat, sua manu hæc de Sleidano adnotavit. *Obiit suum diem author hujus libri Joan. Sleidanus Argentinae, vir magnæ eruditionis, ultima Octobris anno Domini 1556. quem orator nostrorum temporum facile princeps Joan. Sturmus, Rector scholæ ibidem, ut plurimum amabat, ejusque agoni interfuit, sibi que distychon in epitaphium confecit conscriptum.*

Sleida mihi paria est prima: Argentina secunda;
Mortuus ut vivam, conqueror hystoria.

Idem opus. Additus est liber XXVI. & de IV. summis Imperiis libri tres. Excudebat Conradus Badius. 1559. in 12. M.

Insignitur nota *raritatis* in catalogo biblioth. Feuerlinianæ.

SLEIDANI (Joan.) Wahrhafftige Beschreibunge aller Händel, so sich in Glaubens sachen und weltlichen regiment under dem grosmechtigsten Keyser Carl dem fünften zugetragen, und verlauffen haben &c. sampt einer von Sleidano selbs geschribner apologi. Francof. 1561. in fol.

Bauerus versionem Pfortzheimensem anni 1557. & Argentinensem anni 1568. *raris* adnumerat, nihil de hac notra memorans. Possidemus item Germanicas editiones, Francofurtensem anni 1563. & Argentinam anni 1572. utramque in fol.

———— Ein bescheidener, historischer, unschmälicher Bericht an alle Churfürsten, Fürsten, und Stende des Reichs, von des Papstumbs auff und abnemen desselben geschicklichkeit, und was endlich daraus folgen mag. Gott, der Wahrheit, keyserlicher Majestät, und dem heiligen Reich zu ehren. Man sehe, und betrachte es umb Gottes willen. Getruckt im Jar. 1567. in 4. sine l.

Scriptum *non facile obvium*, &, si non fallor, verum ex duabus Sleidani orationibus, quarum unam ad Carolum V. alteram ad Ordines Imperii de Papatu, & causa religionis habuit.

SMALCII (Valentini) De Divinitate Jesu Christi liber. Racoviæ typis Sebastiani Sternacii. 1608. in 8.

Liber *rarus*, ut pleraque Smalciana scripta esse dicuntur. Opus hoc auctor inscripsit Sigismundo III. Poloniæ regi.

SMIGLECII (Martini) Soc. Jesu, nova monstra novi Arianismi, seu absurdæ hæreses a novis Arianis in Poloniam importatæ. 1. duos Deos Christianis colendos esse. 2. Christum semideum, & semidominum tota vita sua fuisse. 3. Christum esse filium Dei metaphoricum. 4. Christum pro peccatis nostris non satisfecisse, nec satisfacere potuisse: refutatæ. Nissæ imprimebat Crispinus Scharffenberg. 1612. in 4.

Opus *perrarum*, ut omnia Smiglecii adversus Sectarios edita apud nos sunt.

————— Verbum caro factum: seu de divina Verbi incarnati natura ex primo evangelii S. Joannis cap. adversus novorum Arianorum errores disputatio. Cracoviæ in offic. Andr. Petricovii. 1613. in 4.

————— Refutatio vanæ dissolutionis nodi Gordii de vocatione Ministrorum a Joan. Volkelio ministro Ariano tentatæ, ibid. 1614. in 4.

Ediderat Smiglecus Cracoviæ anno 1609. libellum hoc titulo: *Nodus Gordius, seu de vocatione Ministrorum disputatio: in qua X. demonstrationibus ostenditur, ministros evangelicos non esse veros verbi Dei, & sacramentorum ministros: qui in nostra quoque biblioth. exstat.* Nodo huic Volkelius solutionem opposuit, quam hoc scripto Smiglecus refutat.

————— De Christo vero, & naturali Dei filio, ejusdemque pro peccatis nostris satisfactio-

ne, libri II. adversus impia dogmata *Valentini Smalcii* Arianæ sectæ ministri. Accessit responsio ad examinationem centum errorum Smalcio objectorum ab eodem Smalcio editam. *ibid.* 1615. in 4.

Epistola nuncupatoria est ad Nicolaum Danilovicz de Zurowo Castellanus Leopoliensem.

SMIGLECI (Martini) De ordinatione sacerdotum in Ecclesia Romana, adversus *Jacobi Zaborovii*, Calviniani ministri dissertationem. *ibid.* in offic. Franc. Cæsarii. 1617. in 4.

Inscriptum est opus Venceslao Leszczynsky Castellano Califfienfi.

SMITH (Richardi) Episcopi Chalcedonensis, Florum historię ecclesiasticę gentis Anglorum libri VII. Ex quibus dulcissimum mel Catholicę religionis, ejusque admirabiles fructus in ea gente copiosissime colliguntur. His adjuncta est epistola ejusdem ad Jacobum regem de mutuis officiis inter summos Pontifices, & M. Britannię reges. Parisiis apud Federicum Leonard. 1654. in fol. M. *Liber infrequens.*

SMITH (Thomę) De gręcę Ecclesię hodierno statu epistola. Trajecti ad Rhenum apud Franc. Halman. 1698. in 8.

Scriptum *rarum.* Adjunctum est opusculum de inscriptionibus gręcis Palmyrenorum, cum ejusdem, & Eduardi Bernardi scholiis, *ibid.* & eodem anno.

SMITH (Thomæ) Epistolæ quatuor, quarum duæ de moribus; ac institutis Turcarum agunt, duæ septem Asiæ Ecclesiarum notitiam continent. Oxonii 1674. in 8. *Liber perrarus.*

SNOY (Reynerii) Goudani, Pfalterium paraphrasibus ex Arnobio, Augustino, Cassiodoro, & aliis vetustis Patribus illustratum. Lugduni 1538. in 8.

Editio *minus obvia*. Vogt editionem Coloniensem anni 1536. in 8. suppressam esse memorat, quam Le Long videtur ignorasse.

SOCINI (Fausti) Breves quidam de diversis materiis ad Christianam religionem pertinentibus Tractatus. Racoviæ typis Sebastiani Sternacii. 1618. in 8.

Scripta Socini a plerisque partim *raris*, partim *rarissimis* etiam accensentur.

————— Christianæ religionis brevissima institutio per interrogationes & responsiones, quam catechismum vulgo vocant. Opus imperfectum. *ibid.* 1618. in 8.

————— Disputatio de adoratione Christi, habita inter Faustum Socinum, & Christianum Francken. Nec non fragmenta responsionis fusioris, quam F. Socinus parabat ad *Francisci Davidis* de Christo non invocando scriptum, aliaque non nulla huc pertinentia. *ibid.* 1618. in 8.

Inter non nulla sunt: Socini scriptum aduersus semijudaizantes: item Martini Seidelii epistolæ ad cœtum olim Cracoviensem, dictum minorem, qui patrem domini nostri Jesu Christi esse illum unum Deum Israelis confitetur, cujus nomine F. Socinus eidem Seidelio respondit.

SOCINI (Fausti) Defensio animadversio-
num F. Socini Senensis in assertiones theologicas collegii Pofnaniensis de trino, & uno Deo, aduersus *Gabrielem Eutropium* Canonicum Pofnaniensem, ab eodem F. Socino conscripta. ibid. 1618. in 8.

SOCOLOVIUS (Stanislaus) Censura orientalis Ecclesiæ de præcipuis nostri seculi hæreticorum dogmatibus. Heremiæ Constantinopolitano Patriarchæ, judicii, & mutuæ Communionis causa ab orthodoxæ doctrinæ aduersariis non ita pridem oblati. Ab eodem Patriarcha Constantinopolitano ad Germanos græce conscripta, a Stanislao Socolovio, serenissimi Stephani Poloniae regis theologo ex græco in latinum conversa, ac quibusdam annotationibus ad proprias Græcorum opiniones respondentibus illustrata. Ad Gregorium XIII. Pont. Max. Dilingæ excudebat Joan. Mayer. 1582. in 8.

Editio prima in Germania, eodem enim anno Cracoviæ in fol. prius prodierat. Textus græcus ab nostro exemplari abest, nisi quod Theolipti archimandritæ epistola, cum qua ipsum opus Constantinopoli allatum est, græce ante censuram exhibetur. Quanti Censura hæc facta sit, docent repetitæ editiones. Eodem enim

anno Coloniz apud Maternum Cholinum: sequente 1583. Ingolstadii germanice a Joanne Ficklero conversa. Anno 1584. Parisiis apud Arnoldum Sittart, cum notis marginalibus Francisci Feuarentii, & Socolovii concione de eucharistia coram rege Poloniz habita: item Ingolstadii eadem anno 1584. apud Wolfg. Ederum, ab ipso autore emendata, & castigata, prodierunt, quæ itidem omnes in biblioth. nostra exstant.

SOLINUS (C. Julius) de mirabilibus mundi.
— Solinus de mirabilibus mundi. Brixiz per Jacobum Britannicum impressus. Anno 1498. Die vigesimo Novembris. in fol.

Teste Bunemano, Freytagio, & catalogo Engeliano editio admodum rara. Titulum excipit tabularum trium folior. & medii; tum præfatur Bartolinus Atrienfis ad Lucam Passum: folia numeris Romanis notantur, signatura sine reclamantibus.

———— De memorabilibus mundi diligenter annotatus, & indicio alphabetico prenotatus. Impressum Spire impensis L. H. 1515. in 4.

Editio rara & Maittairio ignota, cum præfatione Jodoci Badii ad Joannem de Falce Gandavensem.

———— Polyhistor cum indice summatim omnia complectente. Impressum Vienne Austrie per Joannem Singrenium. 1520. in 4. cum symbolo Lucæ Alantse.

Præfatur ad juventutem Joan. Rosærius, tum sequuntur ejusdem, & Georgii Suabii Neapolitani (Austriæ ut reor) tetraslichæ; his addit hexastichon

Melchior Hedvigerus Svipolitanus, & Camers vitam Solini. Index folior. 13. & medii ad calcem reiectus est: hunc excipit tabula erratorum, & variantes lectiones, denique majusculis litteris: *Sub Maximo Carolo Rho-manorum, ac Hispaniarum, Hierusalem, utriusque Siciliae rege.*

SOLINUS (C. Julius) Joannis Camertis Minoritani — — — in C. Julii Solini ΠΟΛΥΤ-ΣΤΩΡΑ enarrationes. Additus ejusd. Camertis index cum litterarum ordine, tum rerum notabilium copia percommodus studiosis. Cum gratia, & privilegio Imperiali. — Imposita est operi huic extrema manus Carolo V. Cæsare designato, ac Hispaniarum, Hierusalem, utriusque Siciliae &c. rege Catholico, orbi terrarum imperante feliciter. Excusum est hoc opus Solinianum cum enarrationibus egregii sacrae Theologiae Doctoris Joannis Camertis Minoritani, anno nativitatis Domini 1520. Viennae Austriae per Joannem Singrenium impensis honesti Lucae Alantse civis, & bibliopolae Viennensis. in fol.

Utraque editio *rara*: posterioris meminere Gesnerus, Maittrairius, & Freytag, prioris, quæ formæ 4. est, quod sciam, nemo. Videtur ea, quæ in fol. est, prior esse, tum quod Camertis epistola, quæ privilegium Maximiliani Imp. sequitur, data sit VI. Calen. Febr. tum quod in hac editione Carolus, Cæsar designatus, in altera vero Romanorum rex dicatur, ut adeo, quæ in fol. est, absente in Hispaniis Carolo, altera illo ad diem XXIII. Octob. ejusd. anni 1520.

jam coronato videatur exscripta fuisse. Epistolam Camertis sequuntur carmina Theodorici Kaner Zaracoviensis episcopi, & designati Antistitis Novæ civitatis, Thomæ Resch Viennen. ecclesiæ Canonici, Ursini Vellii geminum, Philip. Gundelii, Alexandri Brassicani, Huldrichi Fabri Rheti, Francisci Lado Siculi Transilvani, abhinc Lucæ Alantse præfatio ad studiosam juventutem, & Solini vita per Camertem. Ad calcem index copiosissimus, & Singrenii ad lectorem monitio, qua, si quid errorum irrepserit ob deproperatum laborem, veniam sibi dari orat; denique Melchioris Heduigeri typicarum notarum compactoris ad lectorem tetraßichon.

Germanis omnis debet studiosa juvenus

Scribere quod prælis ii docuere notas.

Scriptorum nobis debes studiose Camertis,

Quod vigiles nostras hæc habuere manus.

Ipsam autem opus Camers in ea, quam memoravi, epistola inscribit Stephano Verböczio regis locum tenenti, ubi inter alia insit, *Pannonicæ insuper institutiones a te nuper docte, & eleganter editæ, legisse te diligenter nobiles authores, id est, juris peritos primarios, ac optimos historiarum scriptores, efficaciter perhibent testimonium.* Tripartitum intelligit, quod Viennæ anno 1517. apud Joan. Singrenium primum prodijt. Nec id prætereundum, quod ibidem Verböczium *Joannis Pannonii Novem ecclesiensis* (Quinque ecclesiensis) *conterraneum* appellat. Satine hinc quis effecerit, Verböczium, Slavonem potius, quam Neogradensem, aut Transilvanum fuisse, alij decernant.

SOLITARIUM (Philip.) Dioptra, id est, regula sive amuffis rei Christianæ ad Callinicum monachum

nachum libri IV. per dialogum explicata. Ex biblioth. Reip. Augustanæ. *Nicolai Cabasilæ* Sacelli curatoris de vita in Christo libb. VI. Ejusd. contra fœneratores oratio. *Joannis Carpathiorum* episcopi capita hortatoria 192. *Philothei* Patriarchæ CP. in præclaros Pontifices, & orbis terrarum magistros, Basilium M. Gregorium Theologum, & Joan. Chrysoftomum laudatio græco-latina. Ex biblioth. sereniss. Maximiliani utriusque Baviariæ Principis. Adjectæ sunt disputationes duæ *Michaelis Glycæ*. Omnia nunc primum latinitate donata a Jac. Pontano Soc. Jesu. Ingolst. ex typogr. Adami Sartorii. 1604. in 4. *Collectio rara.*

SOPHOCLIS Tragicæ VII. græc. Francof. excudebat Petrus Brubachius. 1555. in 8. *Editio rara.*

————— Tragicæ VII. græce cum scholiis. Parisiis typis Henrici Stephani. 1568. in 4.

Editio rara, nitida, & correctæ.

SOTELII (Ludovici) Minoritæ, regii, ad Apostolicam sedem Legati, & regni Oxensis Apostoli, ac designati martyris ad Urbanum VIII. Pont. Max. de Ecclesiæ Japonicæ statu relatio &c. Accessit Fratris *Juniperi* de Ancona Minoritæ consultatio, de causis & modis religiosæ disciplinæ in Soc. Jesu restaurandæ ex Italico latine versa. 1634. in 4. sine l.

In catalogo biblioth. Salthenianæ, & Engelianæ notam *raritatis* habet. Author opusculi creditur fuisse Caspar Schioppius, homo, ut vulgo etiam notum est, omnium horarum.

SOTERIS (Joan.) epigrammata græca, & latina veterum. Colon. 1528. in 8.

Editio *rara*, & Gesnero ignota, qui editionem anni 1544. sine loci indicio solum memorat: quam, si ea Friburgi Brisgovianæ per Melchiorem Gravium prodiit, itidem possidemus.

SOTO (Petri de) Ord. S. Dominici, defensio Catholicæ confessionis, & scholiorum circa confessionem illustriss. Ducis Wirtenbergenfis nomine editam, adversus prolegomena Brentii. Antverpiæ apud Martinum Nutium sub ciconiis. 1557. in 4.

Opus *raro obvium* dicat author Christophoro Duci Wirtenbergenfi.

SPANGENBERGII (Cyriaci) Theander Lutherus, von des werthen Gottes Manne Doctor Martin Luthers geistliche Haushaltung, und Ritterschafft &c. Gedruckt zu Urfel durch Nicolaum Henricum. in 4. sine anni nota.

————— Wider die böse sieben in teuffels Karnöffelspiel. Eisleben bey Urban Glaubisch, 1562. in 4.

————— Der Jagteuffel gedruckt zu Eisleben apud eund. 1560. in 4.

SPANGENBERGII (Cyriaci) Widerlegung der unchristlichen und gottlosen Retraction M. Hieronymi Peristerii, etwan Predigers zu Regenspurg, seiner anno 1574. gestellten und gedruckten Christlichen Bekenntniß, und antwort auff den Wittenbergischen Extracta von der Erbsünde. 1579. in 4.

Omnia hæc Spangenbergii rara sunt. Exstat apud nos Peristerii retractio, hoc titulo: *Retraction gantzliche auffhebung, und verwerffung der anno 1574. gestellten und getruckten kurtzen Antwort und Berichts von der hauptfrage des gegenwertigen Streits von der Erbsünde &c.* Possidemus item pleraque Spangenbergii scripta polemica, ac eristica, quæ occasione belli litterarii de peccato originali prodierunt, quibus recensendis supersedeo.

SPECKLE (Daniel.) Architectura von Vestungen, wie die zu unsern Zeiten mögen erbauen werden an Stätten, Schöffern, und Clusen, zu wasser, land, berg, und thal, mit iren Bollwercken, sampt den grundrissen, visierungen, und auffzügen für augen gestellt. Argent. apud Bernardum Jobin. 1599. in fol. *Liber infrequens.*

SPHÆRA cum commentis in hoc volumine contentis, videlicet. Lichi Esculani cum textu: Expositio Joan. Capuani in eandem. Jac. Fabri Stapulensis: Theodosii de sphæris: Michaelis Scoti: Questiones reverendiss. domini Petri de Aliaco: Roberti Linchoniensis compendium: tractatus de

sphæra solida: tractatus de sphæra Campani: tractatus de computo majori ejusdem: disputatio Joan. de Monteregio: textus theoricæ cum expositione Jo. Bapt. Capuani: Ptolemeus de speculis. Venet. impensa heredum quondam domini Octaviani Scoti Modætiensis, & sociorum. 17. Januarii. 1518. in fol. cum figg. & symbolo Octaviani Scoti.

Collectio *rarius obvia*. Operi ipsi præmittitur Bartholomæi Vespucii Florentini oratio habita in gymnasio Pataviensi anno 1506. in laudem astrologiæ: in fine subjungitur Joan. Brasteoli ode dicolos distrophos, qua Hieronymum Nucerellum Medicum laudat. Ad extremum additur: *Tebith de imaginatione sphere* cum commentario Joannis Cremonensis.

SPINOSÆ (Benedicti) principiorum philosophiæ Renati des Cartes Pars I. & II. more geometrico demonstratæ. Accesserunt ejusdem cogitata metaphysica, in quibus difficiliore, quæ tam in parte metaphysices generali, quam speciali occurrunt, quæstiones breviter explicantur. Amstelod. apud Joan. Riewerts sub signo martyrologii. 1663. in 4.

———— Philosophia scripturæ interpres, exercitatio prædoxa, in qua veram philosophiam, infallibilem sacras litteras interpretandi normam esse, apodictice demonstratur, & discrepantes ab hac sententia expenduntur, ac refelluntur. Eleutheropoli. 1666. in 4.

SPINOSÆ (Benedicti) Tractatus theologico-politicus, continens dissertationes aliquot, quibus ostenditur, libertatem philosophandi non tantum salva pietate, & rei publicæ pace posse concedi, sed eandem nisi cum pace rei publicæ, ipsaque pietate tolli non posse. Hamburgi. 1670. in 4.

———— Opera posthuma, in quibus de Deo, de natura, & origine mentis, de origine & natura affectuum, de servitute humana, de potentia intellectus, ceu de libertate humana tractatus politicus, tractatus de intellectus emendatione, epistolæ doctorum virorum, & responsiones, grammatica hebræa. 1677. in 4. sine loci indicio.

Omnia hæc Spinosæ apud Vogt, & in catalogis bibliothecæ Salthenianæ, Solgerianæ: Engelianæ, & Feuerlini partim *raris*, partim *rariſſimis* accensentur. Monet Vogtius, scripta latina hujus authoris, quo latius spargi, ac securius vendi, emique possent, variis, iisque fictis, & plane portentosis titulis, ut *Franc. Henrici de Villacorta opera chirurgica* &c. prodiisse, quod ipsum indicio esse potest, anguem in herba latere, & tamen quam avide ad legendum arripiuntur, & quidem sæpe ab hominibus, qui iis intelligendis minime idonei sunt.

SPINULÆ (P. Francisci) Mediolanensis opera. Poematon libb. III. Carminum libb. IV. Epodon lib. I. Carminum secularium lib. I. Elegorum libb. X. Hendecasyllaborum lib. I. Epigrammaton

libb. III. Venetiis, ex officina Stellæ, Jordani Zilletti. 1563. in 8.

Editio *rara*: Gesnerus anni 1573. memorat, nisi forte sit error typi; additque hæc de authore: *audio ipsum propter veræ fidei confessionem martyrio affectum*. Fortassis indicare vult, Spinulam a Catholicis ad alia castra transfisse, quod ego in medio relinquo. Nec satis scio, an Jöcherus hunc intelligat, quem nomini suo litteram P. præposuisse ait, & ordinis incerti religiosum facit, tametsi eum Genuensem fuisse affirmet. Poematia author dicat Maximiliano Rom. & Boh. regi. Carminum libros IV. Stanislaò Tarnovio Cressonensi Præfeto: librum Epodon Joanni Huralto Boistallerio Caroli IX. Galliarum regis Consiliario: carmen seculare Matthæo Bombenio Patricio Tarvisiensi. Elegiarum libri bifariam divisi sunt: priores sex Hieron. Luciago Brixinensi, posteriores quatuor Guidoni Ascanio Sfortiæ Cardinali; epigrammata denique Stephano Hugonio inscribit.

SPONDANI (Henrici) Appamiarum Galliæ Narbonensis episcopi de cœmeteriis sacris libri IV. Parisiis. 1638. in 4. *Liber infrequens*.

STAINPEIS (Martini) Viennensis artium, & medicine Professoris liber de modo studendi, seu legendi in medicina. in 4. sine l. & anno.

Liber *rarus*. Datum epistolæ ad lectores, quæ in fine erroribus typi cis præmittitur, est: *Viennæ 21. febr. anno salutis post Virginis partum 1517*. Additur ejusd. *Antidotale preservationis cum additionibus in epidemicum morbum*, cum epistola *ad illustrem Principem Franciscum Mediolanensium Ducem, universalis studii Viennensis Monarcham*. Uter ex his,

& an Vienna editionis locus sit, incertum est. Inscritbit opus Georgio Antiltiti Viennenfi: apud Gefnerum author non recte expreffus est *Stainpers*. Geminum, quod habemus, exemplar utrobique habet *Stainpeis*.

STANCARI (Franc.) Mantuani, grammaticæ Ebreæ compendium. Basil. 1547. in 8.

Vogt, & biblioth. Solgeriana Stancari omnia scripta *admodum raris* accensent.

———— De dictione exclusiva *Tantum* in causa Mediatoris. Dubecii in Russia. 1559. in 8.

———— De Trinitate, & Mediatore domino nostro Jesu Christo adversus Henricum Bulingerum, Petrum Martyrem, & Joan. Calvinum, & reliquos Tigurinæ ecclesiæ ministros, ecclesiæ Dei perturbatores. Ad magnificos, & generosos Dominos nobiles Polonos, ac eorum ministros, a variis pseudo-evangelicis seductos commentarius. Dubecii 1561. in 8.

In fine subdit monitiunculam ad lectorem, cujus hoc initium est: *Cave Christiane lector, & maxime vos ministri omnes verbi Dei, a libris Joannis Calvinii cavete, & præsertim in articulis de præscientia, & prædestinatione: reliqua nunc omitto, quæ falsam & pravam doctrinam habent.*

———— Examinatio Binczovianorum super confessionem fidei eorum, qua modis omnibus ipsi convincuntur hæreseon. Cracoviæ in offic. Scharfsenbergiana. 1562. in 8.

STAPLETONI (Thomæ) vere admiranda, feu de magnitudine Romanæ Ecclesiæ libri II. Antverp. ex offic. Plantiniana. 1599. in 4.

———— Principiorum fidei doctrinalium demonstratio methodica per controversias septem in libris XII. tradita. Paris. apud Michael. Sonnum. 1579. in fol. *Utrumque opus rarum.*

———— Ejusdem operis editio secunda ab authore recognita, & multis locis locupletata. Cui etiam accesserunt successionis Ecclesiasticæ defensio accuratior, & latentis protestantium ecclesiæ confutatio copiosior, contra *Guiliel. Fulconis* Angli inanes cavillationes adversus hujus operis libri IV. capp. 10. & 11. editas. Liber XIII. & speculum pravitatis hæreticæ per orationes X. ad oculos demonstratæ. Item aliæ orationes III. funebres. *ibid.* 1582. in fol. *Liber rarus.*

STARAVOLSCI (Simonis) Epitome Conciliorum, tam generalium, quam provincialium in græca, & latina Ecclesia celebratorum, quæcunque reperiri potuerunt. Itemque vitarum Rom. Pontiff. epistolarum Decretalium & diversarum functionum eorum, cum chronologica, & historica observatione libris XXVI. comprehensa. Romæ. 1653. in fol. *Editio perrara.*

———— Ad Principes Christianos de pace inter se componenda, belloque Turcis inferendo

protrepticon. in 4. sine l. & a. M. *Scriptum rarum.*

STATII (Papinii) Opera cum Domitii Calderini commentario. Romæ. in fol

Libri titulum exscripsi ex catalogo Collegii Sopro-nienfis, qui annum 1405. erronee exhibet, qui si, ut suspicor ex P. Laire, & Fabricio rescribi debeat, 1475. habemus *editionem principem, & rarissimam.* An autem per Arnoldum Panartz prodierit, an contra careat typographi nomine, non habeo, quod dicam, etsi hoc præ illo mihi verisimilius videatur, cum ceteroquin catalogus is typographorum nomina fatis accurate connotet.

————— Opera. — Impressum Venetiis per Magistrum Jacobum de paganinis brisensis (sic). 1490. XXIII. Decembris. in fol.

Editio *perrara*, & Fabricio ignota, qui Venetam quidem hujus anni, sed per Bartholomæum de Zanis, indicat. Nec scio, quam Bauerus ex Schwartzio memoret, dum libros solum Thehaidos, & Achilleidos anno 1490. Venetiis excusos perhibet. Statius hic noster plures commentatores habuit: in Thebaidem commentatus est. *Placidus Laclantius*, qui alijs *Lutatus*, & *Luclatius* audit: in Achilleidem *Franciscus Mataratius*; in Sylvas denique *Domitius Calderinus Veronensis*, qui in fine ita subscriptus est: *Sylvarum quinto libro finis Domitius Calderinus Veronensis secretarius apostolicus emendavit interpretatusque est Romæ calendis sextilibus. M. CCCC. LXXV.* Forte exemplar simile habuerit præ manibus Orlandus: *Origine della stampa* pag. 72. ut videtur Laire indicare. Post Statii opera, ante conflagrationem anni, subjun-

gitur eodem typo epistola Saphus ad Phaonem, cum ejusdem Calderini commentario, & hexasticho. Hæc editio ab Bernatio, & Gevartio prima habita est, ut Fabricius biblioth. Lat. Tom. II. pag. 332. refert: quam opinionem cum citatis verustioribus editionibus refellisset, subdit: *sed videtur esse vitium in numero 1490. pro 1472. nec enim illi docti viri has tot edd. ignorare potuere.* At nostrum exemplar Romanis majusculis annum exserte ita exprimit: *M. CCCC. LXXXV. XXIII. Decembris.* Quare afferam quædam critica, ex quibus editio hæc ab aliis facile secerni possit. Primum, sola adest signatura: deinde in rubrica librorum superioris marginis irrepit libro VIII. in duobus foliis *Thaidos*, pro *Thebaidos*: liber X. in duobus foliis postremis pro: *liber X.* refert: *liber XI.* Achilleidos Lib. I. fol. 4. rubrica marginis supremi vocem *Achilleidos* inversam exhibet, ut Epistola Saphus fol. 2. τὰ *epistola.* Liber VI. Thebaidos paulo ante medium vitiosus est. Versus enim istos:

Inachidæ credunt accensum laudibus: ille
 Aurigam fugit: aurigæ furiale minatur,
 Amphiaraus agit, quem Theffalus æquat eundo
 Ante tamen cunctos: sequitur, longequæ secundis
 Efferus, & campo dominum circumspicit omni
 Admetus.

Correcta magis exemplaria sic, ut sententia sibi con-
 flet, reddunt:

Inachidæ credunt accensum laudibus: ille
 Aurigam fugit: aurigæ furiale minatur
 Efferus, & campo dominum circumspicit omni;
 Ante tamen cunctos sequitur, longequæ secundus

Amphiaraus agit, quem Theſſalus æquat cundo
Admetus.

Litteræ initiales non modo in textu Statii, ſed in commentariis etiam, dum liber, aut commentatio inchoat, deſunt: ſpatium item vacuum pro græcis vocabulis, aut ſententiis reliſtum. Ad Sylvas epiſtolam in morem præſationis Calderinus inſcribit Auguſtino Mafeo, in qua litterarum cauſa lites ſibi cum multis, præſertim Broteo, ſimulatum ad nomen eſt, intercedere ſcribit. *Nimirum furoris, inquit, & invidiæ iſti impetus ſunt, non doctriinæ, non fortitudinis. Iccirco eos facile & ſuſtinuimus hæcenus, & fregimus omnino, cum alterum eludendo contemnamus, alterum — ſcribendo ita agitemus, ut ſua violentia corruat.* Epiſtolæ ſubjungit carmen de Papinio ad Franciſcum Arragonium Regis Ferdinandi filium.

STATUS Orbis Chriſtiani: hoc eſt, diſcuſſus de triplici potentia regis Galliæ; regis Navarræ, & Guyſiorum Principum. Tum commoneſactio Germani Nobilis ad Reges, Principes, & Chriſtiani Orbis ordines. Item vaticinium Sibyllæ de rege Francia, & Navarræ Henrico IV. 1590. in 8. ſine loco. M. *Scriptum rarum.*

STATUTA Synodalia Eccleſiæ Nitrieniſis anni 1494. Viennæ in ædibus Collegii Cæſarei Societatis JEſu. 1560. in 4. *Editio rariffima.*

STATUTI della ſacra Religione di S. Gio, Gerofolimitano. Con le ordinationi dell' ultimo Capitolo generale celebrato nell' anno 1631. dal fù Em. e Reverendiſſimo Gra. Maeſtro Fra Antonio de

Paula: aggiuntivi li privilegii, il modo di dar la Croce e di fare li miglioramenti alle Commende. Di nuovo ristampati in Borgo Nuovo nel Marchesato di Roccaforte. Partes III. 1718. in fol. M.

Opus *rarum*. Possessor libri glossas marginales copiosas ex Bullis Pontificiis, & in fine Decretum Ordinis anni 1688. sua manu inscripsit.

STAUPITZ (Joan. de) Fratris Augustiniani, Decisio questionis de audientia Misse in parrochiali ecclesia dominicis & festis diebus. Cum ceteris annexis. in 4. sine loci & anni indicio. folior. 8. *Libellus perrarus*.

STEFANO (Pietro di) Descrittione de i luochi sacri della Città di Napoli con li Fondatori di essi, Reliquie, Sepulture & epitaphii Scelti in quelle si ritrovano. L'intrate & Possessori, che al presente le possedeno, & altre cose degne di memoria. Napoli apud Raymundum Amatum. 1560. in 4. *Liber rarissimus*.

STEGMANI (Josuæ) Photinianismus, hoc est, succincta refutatio errorum Photinianorum LVI. disputationibus breviter comprehensa. Rintelii ad Visurgim apud Ernestum Reinekingium. 1623. in 8.

In catalogo biblioth. Engelianæ *raris* adscribitur.

STEIER (Sylvestri) Historia genealogiæ Domini nostri Jesu Christi, cum synopsis Bibliorum tribus libris expressa. Francof. 1594. in fol.

Apud Vogtium, & in biblioth. Saltheniana locum inter *raros* habet.

STENGELII (Caroli) Ordinis S. Benedicti, commentarius rerum gestarum sanctissimi Apostolorum Principis Petri, e sacris litteris, SS. Patribus, & probatissimis scriptoribus concinnatus. Augustæ. 1621. in 4. *Liber rarus*.

STEPHANI Atheniensis philosophi explicatio-nes in Galeni priorem librum therapeuticum ad Glauconem, Augustino Gadaldino Mutinensi interprete. Venetiis apud Juntas. 1554. in 8. *Liber rarus*.

STEPHANI (Henrici) Comicorum græcorum sententiæ, id est, γυναι, latinis versibus reddi-
tæ, & narrationibus illustratæ. 1569. excudebat Henricus Stephanus. in 12. M.

Testibus Vogtio, catalogisque biblioth. Solgerianæ, Feuerlinii, Engelianæ, Gerdesii florilegio, & aliis omnia Henrici Stephani partim *raris*, partim *rarissimis* adscribi solent. Fuit Stephanus vir doctus, & typographus, qui artem hanc non tam parando lucro, quam ad propagandam rem litterariam exercebat.

————— Homeri, & Hesiodi certamen nunc primum luce donatum. Matronis & aliorum parodiæ ex Homeri versibus parva imitatione le-
pide detortis confutæ. Homericorum Heroum epi-
taphia cum duplici interpretatione latina. 1573. in 8.

STEPHANI (Henrici) Poesis philosophica, vel saltem reliquæ poesie philosophicæ Empedoclis, Parmenidis, Xenophanis, Cleanthis, Timonis, Epicharmi. Adjuncta sunt Orphei illius carmina, qui a suis appellatus fuit ὁ θεολόγος. Item Heracliti, & Democriti loci quidam, & eorum epistolæ. 1573. in 8.

———— Pseudo Cicero, Dialogus. In hoc non solum de multis ad Ciceronis sermonem pertinentibus, sed etiam, quem delectum editionum ejus habere, & quam cautionem in eo legendo debeat adhibere, lector monetur. 1577. in 8.

———— ANΘΟΛΟΓΙΑ &c. seu Florilegium diversorum epigrammatum veterum in VII. libros divisum. Magno epigrammatum numero, & duobus indicibus auctum. Henrici Stephani de hac sua editione distichon.

Priflinus a mendis fuerat lepor ante fugatus,
Nunc profugæ mendæ, nunc lepor ille redit.
Anno 1566. excudebat Henricus Stephanus, illustris viri Huldrichi Fuggeri typographus. in 4.

———— Thesaurus græcæ linguæ. Tomi IV. cum appendice. Parisiis 1572. in fol.

STEPHANI (Pauli) epigrammata latina ex anthologia Græcorum petita, latino carmine redita. Ejusdem juvenilia. Lugduni apud Franciscum le Preux. 1593. in 8. M.

Liber infrequens: dedicat illum Henrico parenti suo.

STEPHANI (Roberti) Dictionarium latino-gallicum, Thesauro nostro ita ex aduerso respondens, ut extra pauca quædam aut obsoleta, aut minus in usu necessaria vocabula, & quas consulto omisimus, authorum appellationes, in hoc eadem sint omnia eodem ordine, sermone patrio explicata. Lutetiæ ex offic. Roberti Stephani. 1544. in fol. *Liber parum obuius*.

STEUCHI (Augustini) Eugubini, veteris Testamenti ad veritatem hebraicam recognitio. Lugduni apud Gryphium. 1531. in 8. *Editio rara*.

STEVANI (Josephi) De osculatione pedum Romani Pontificis ad S. D. N. Gregorium XIII. P. O. M. Adjecta præterea ejusd. authoris disputatio de coronatione, elevatione, seu portatione Romani Pontificis. Colon. apud Maternum Cholinum. 1580. in 8. *Liber perraro obuius*.

STEVIN (Symon. de Bruges) La castramentation selon l'ordonnance & usage de tres-illustre, tres-excellent Prince & Seigneur Maurice par la grace de Dieu Prince d'Orange &c. Nouvelle maniere de fortification par escluses. A Leyden chez Matthieu & Bonavent. Elzevier. 1618. cum figg. in fol. *Liber rarus*.

STEYR. Ainer ersamen Landschafft des löblichen Fürstenthumbs Steyr new verfahte reforma-

tion des Landts und Hofrechts daselbst im M. D. LXXIII. Jar auffgericht. Augustæ per Michaelem Manger. 1575. in fol. M.

Opus apud nos perrarum.

STIBORII (Andreas) Boji Theologi, & mathematici, & *Georgii Tannstetter* Collimitii phisici, & mathematici super requisitione sanctissimi Leonis Papæ X. & Divi Maximiliani Imp. P. F. Aug. de Romani calendarii correctione consilium in florentissimo studio Viennensi Austriæ conscriptum, & æditum. Joannes Singrenius impressit Viennæ expensis suis. 1514. in 4. Una cum titulo fol. 10. M.

Scriptum *perrarum*, & a plerisque typographis neglectum. Dicant id uterque author Matthæo S. R. E. S. Angeli diacono Cardinali Gurcensi, Coadjutori Saltzburgenfis. Dedicationem excipit epistola Maximiliani Imp. utrique inscripta, Oeniponto die IV. Oct. an. 1514. data, qua jubet, sedulo in positione vernalis æquinoctii elaborarent, sententiamque suam, si ipsi Concilii Lateranensis Sessioni decimæ, in qua de corrigendo Calendario agendum erat, interesse non possent, per Jacobum de Banissis secretarium Cæsareum transmitterent, additque in hæc verba: *Studiosius committimus, ut his receptis, exacta diligentia huic perquisitioni, & eo vigilantius incumbatis, & iudicio, & censura vestra decus & famam Germaniæ nostræ nationis adaugeatis, & amplificetis.* Fecere id illi naviter, & brevi tempore scriptum confecerant, quod compendii causa in XII. propositiones, & VIII. corollaria redactum Imperatori transmiserant. Rescripsit
Cæsar

Cæsar Rectori, & Consistorio Studii Viennensis epistola, ex qua annum editionis quoque excerpti, rursus Oeniponto XVI. Dec. an. 1514. data, qua iudicium utriusque authoris doctissime & acutissime excogitatum ab omnibus peritis comprobari, ac in Urbem ab se transmissum esse significat, addito brevi & insigni elogio. *Eundem autem Stiborium, inquit, & Tannstetter, qui & vobis, & universitati illi nostræ, & nobis sunt decori, & ornamento, eos vobis maxime commendamus, sicuti dignos commendatione, & gratia nostra.* Tanti fiebant id temporis disciplinæ mathematicæ.

STOBÆI (Joan.) Sententiæ ex thesauris Græcorum delectæ, quarum autores circiter ducentos, & quinquaginta citat, & in sermones sive locos communes digestæ, nunc primum a Conrado Gefnero Doctore Medico, Tigurino in latinum sermonem traductæ, sic ut latina græcis e regione respondeant. Tiguri excudebat Christoph. Frofchoverus. 1543. in fol.

Editio *rarior*, mirumque est, a Bauero præteritam esse. Addita sunt alia opuscula, ut Cyri Theodori dialogus de exilio amicitia, senariis jambicis conscriptus, græce & latine: Opusculum de iusto, quod Platoni tributum est, ejusdemque aliud de eo, an virtus doceri possit, denique Solonis elegia, cujus meminit Demosthenes de causis, quæ adferunt exitium regnis, & magnis civitatibus, a Philip. Melanthe conversæ.

———— Idem opus. Basil. ex officina Joannis Oporini, sumptibus Christophori Frofchoueri, 1549. in fol.

Editio *rara* : possidemus item Antverpianam editionem Plantini an. 1575. in fol. cui additæ sunt orationes duæ Georgii Gemisti Plethonis de rebus Peloponnesiacis ex biblioth. Joan. Sambuci, interprete Guilielmo Cantero.

I STOEFFLERI (Joan.) Justingensis mathematici calendarium Romanum magnum, Cæsareæ Majestati dicatum. in fol.

Liber *perrarus*. Annus, & locus editionis ob lacerrum ultimum folium deest. Freytag memorat editionem Oppenheimensem per Jacobum Kæbel an. 1518. in fol. Simile prorsus nostrum exemplar videtur esse : nam idem Jac. Kæbel Oppenheimensis typographus conjuncto Staffleri nomine Calendarium Maximiliano Imp. nuncupat, & Cæsaris privilegium, quod operi præfigitur, exhibet annum 1518.

————— Et Jacobi *Pflaumen* Almanach nova plurimis annis venturis inservientia, accuratissime supputata, & toti fere Europe dextro sydere impartita. — Opera arteque impressionis mirifica viri solertissimi Joannis Reger anno salutis Christi domini 1499. Idibus Februariis He Ephemerides nove explete atque absolute sunt Ulme. Lector Vale. IMS. in 4.

Editio *admodum rara*. Saubertus, & ex hoc Maitairius non recte has ephemerides soli *Pflaumen* tribuunt. Exemplar enim nostrum diserte Joannem *Stœfflerinum*, & Jacobum *Pflaumen* Vlmensem exprimit. Uterque enim opus dicant *Danieli Pontifici Bellinensi, Suffraganeo episcopatus Constantiensis: Petro Præposito monasterii divi Pelagii in Denckendorff Canonici*

co, & ordinis Sacrosancti dominici sepulcri Jerosolymitani, & ejusdem ordinis per Alemaniam altam, & bassam vicario generali, nec non Joanni Casparsi de Bubenhofen Ducatus Wirtemberg Marscalco. Ephemerides inchoant anno 1499. & desinunt in anno 1531.

STOEFFLERI (Joan.) Elucidatio fabricæ, ususque astrolabii nuper ingeniose concinnata, atque in lucem edita.

Ad Lectorem

P. G.

Quicquid Athlas Afris, quicquid Thracensibus Orpheus,

Quicquid apud Thebas creditur esse Linus,

Aegypto quicquid Vulcanus, quicquid ubique

Aut Chaldeorum sunt monumenta virum,

Quicquid apud Gallos Druides, quicquid Zoroastes

Quicquid Persarum gymnosophista fuit;

Omnia, crede, Stofler Germanus origine Svevus

Hic habet: exacto quæ premit ære Cöbel.

Impressum Oppenheim. Anno 1513. — Exactum insigne hoc, atque preclarum opus astrolabii a Joanne Stœfflerino Justingense, viro in astronomia peritissimo Alemano editum: impressum Oppenheim per Jacobum Kobel. 1512. in fol. cum figg.

Liber *perrarus*: titulum operis excipiunt epistolæ Köbelii ad Stœfflerum, & hujus ad illum: abhinc carmina in authoris, & operis laudem, Joannis de Wirspereck ecclesiarum Eystetenensis, Augustensis, & Ratisbonensis Canonici, quibus annus 1512. subscriptus est, ut adeo incertum sit, utro ex his, an quem

frons, an quem finis libri exhibet, opus editum fuerit: tum Petri Guntheri phaleucius, & Georgii Simleri elegi. Ad calcem visitur symbolum Köbelii, Bubo floribus infidens, cum epigraphe: *Insignia Jacobi Kobely prothonotarii & calchographi Oppenheimensis.*

STRABONIS Gnosii Amasini scriptoris celeberrimi de situ orbis libri XVII. e græco traducti Gregorio Typhernate & Gvarino Veronense interpretibus. Venetiis per Bartholomeum de Zanis de Portesio. 1502. die XIV. Januarii. in fol.

Editio *perrara*, & Maittairio omiffa. Præmittitur index 14. folior. tum Ant. Mancinelli epist. ad Justinum Carosium data Venetiis V. Non. Maj. 1494. item Christoph. Nigri ad Franc. Dandulum, aliosque elegi; & Andreæ Aleriensis episcopi epist. ad Paulum II. Pont. Max. in Georg. Trapezuntum Cenotimonem sine Dato: denique Gvarrini Veronensis ad Nicolaum V. Papam epistola, & ad Antonium Marcellum Venetum in Strabonem præmium. Videtur nostrum exemplar ex editione Veneta anni 1494. exscriptum esse.

STRADÆ (Famiani) Romani e Soc. Jesu pro-
lusiones Academicæ. Romæ apud Jacobum Mascardum. 1617. in 4.

Catalogus Biblioth. Salthenianæ librum *raris* inserit.

STREDOVSZKI (Georgii) Mercurius Moraviæ memorabilium. Olomucii typis Ignatii Rosenberg. 1705. in 8. *Liber infrequens.*

STREINI (Richardi) gentium & familiarum Romanarum stemmata ad Illustriss. Carolum Archiducem Austriae. 1559. excudebat Henricus Ste-

phanus, illustris viri Huldrici Fuggeri typographus.
in fol.

Editio *rarissima*. Bauer ex biblioth. Saltheniana editionem Venetam anni 1571. ex ædibus Aldi Manutii hac Nota insignit.

STROMER (Henrici) Aurbachensis, algorithmus linealis, numerationem, additionem, subtractionem, duplationem, mediationem, multiplicationem, divisionem, & progressionem, una cum regula de Tri perstringens. Impressum Vienne Austriae per Joannem Singrenium. 1514. die XXII. Decembris. in 4. una cum titulo fol. 8. typo monastico.

Libellus *rarus*, inscriptus est Andreæ Hummelhaym Lipsiensi artium Baccalaureo, & verisimiliter ad formam editionis Lipsiensis anni 1505. per Martinum Lansberg, cujus biblioth. Gesneri meminit, excusus.

STURMEN (Samuelis) der Kron Franckreich rechtmäßige Prætenfiones an und Zuspruch auff die Graffschafft Avenio in Franckreich gelegen, und der Gewalt und Herrschafft des Papstes unterworfen, aus vielen glaubwürdigen Geschichschrifften verfasset. Worbey kürztlich die Ursachen der jüngst zwischen dem Papste und Kron Franckreich entstandenen Schwürigkeiten angezogen werden. Embden in verlegung des Autorn. 1663. in 4. M. *Scriptum rarum*.

STURMIANI Manes, sive epicedia scripta in

obitum summi viri D. Joannis Sturmii, una cum parentaliis eidem memoriæ & gratitudinis ergo factis, a diversis amicis, atque discipulis. Argent. excudebat Josias Rihelius. 1590. in 8. M.

Liber *perrarus*, in principio post' elegias, unam Elisabethæ Angliæ reginæ nuncupatoriam, alteram Mauricii Disdorpii ad Philippum Glaferum, Sturmii effigiem, in fine autem cenotaphium ejusdem exhibet.

STURMII (Joannis) de amissa dicendi ratione ad Franciscum Frossium Jurisconsultum libri II. Argent. apud Wendelinum Rihelium. 1538. in 4.

Pleraque hujus authoris scripta apud nos *rarius obvia* sunt.

————— Nobilitas litterata. ibid. apud Christoph. Thretium. 1549. in 8.

————— Epistolæ duæ duorum amicorum, Bartholomæi Latomi, & Joannis Sturmii, de disfidio, periculoque Germaniæ, & per quos stet, quo minus concordiæ ratio inter partes ineatur. Item alia quædam Sturmii de emendatione Ecclesiæ, & religionis controversiis. Argent. ex offic. Cratonis Cratomiliani Argentoratensis. 1540. in 8. M.

Posterior pars de emendatione Ecclesiæ complectitur epistolas, primum Sturmii ad Cardinales delectos univérse, tum ad Jacobum Sadoletum, & hujus ad Sturmium: prima nullum Datum habet; ceteræ annum 1539. referunt.

STURMII (Joan.) Rectoris Academiae Argentoratensis palinodia ad Lucam Hofiandrum. Theses Hermanni Pacifici de cœna Domini. Neapoli Palatinorum in officina Matthæi Harnifch. 1581. in 4.

Respondet hoc opusculo ad Antisturmium Osiandri, quem cur *Hofiandrum* pro *Osiandro* hic dicat, his verbis prodit: *peto a te, ut hanc unam mihi veniam des, quod te Hofiandrum, non Osiandrum, salutarem: non enim te Græcum origine, sed Suevum, putabam, nomenque te habere ut re & nomine sis Caligula, quam Germani Hofam vocant.*

————— Confessio Augustana Argentinensis. Epistolarum eucharisticarum Libri I. epistola quarta ad Cl. Jureconsultum Doctorem Bernardum Botzemium. ibid. 1581. in 4.

————— Epistolarum eucharisticarum Libri II. epistola secunda. Ambrosia ad Joannem Pappum. ibid. 1581. in 4.

Brüder Michael STYFEL Augustiner von Eslingen, von der Christförmigen rechtgegründten Leer Doctoris Martini Luthers, ein überuß schön künstlich Lyed, sampt seiner nebenuslegung, In Brüder Veiten thon.

Lifs mich mit fleysß
Gotts Gnad ich preysß,
Entschleiß kurtzlich
Hy ligt di Kugel.

Der wort nimm acht
Der werck nitt acht
Christlichen Standt
an der wandt.

Sine loci, & anni indicio. in 4.

Scriptum, ut ego quidem reor, *insignis raritatis*. Præmittitur icon Lutheri in amictu Augustiniano, quam omnium primam scalpro expressam puto: caput limbo circumdatum est: finis opusculi ita habet:

Gedult hab kleine Zeyt mit mir,
 Bitz das ich bring noch meer härfür
 Zü lob Gotts in seiner ewigkøit
 Und dir zu deiner seligkeit.

SUAREZ (Franc.) Soc. Jesu, Defensio fidei Catholicæ, & Apostolicæ, adversus Anglicanæ sectæ errores, cum responsione ad apologiam pro juramento fidelitatis, & præfationem monitoriam serenissimi Jacobi magnæ Britanniæ regis. Moguntia apud Balthaf. Lippium, 1619. in fol.

Editio *rara*. Vogt, & Freytag præter hanc, memorant etiam Coloniensem anni 1614. & Conimbricensem anni 1613. quæ prima omnium sit. Mirum est, Conimbricensem, & Moguntinam editiones a Sotvello præteritas fuisse.

SVAVIS (Petri) Historiæ Concilii Tridentini Libb. VIII. Vide *Sarpii Pauli*.

SVETONIUS Tranquillus de vitis XII. Cæsarum, cum Philippi Beroaldi, & Antonii Sabellici commentariis. in fol. sine loci, & anni nota.

Forte est Veneta editio anni 1496. cujus modi Bauer ex catalogo Schwarziano memorat.

————— Vitæ XII. Cæsarum, cum commentariis Philippi Beroaldi. Venet. per Philippum Pincium Mantuanum. 1510. in fol. *Editio rarior*.

SVETONIUS Tranquillus de vita XII. Cæsarum libri duodecim. Selestadii ex ædibus Lazari Schurerii mente Februario. 1520. in 4. *Editio rara.*

———— Cæsarum XII. libri a mendis ad interpretum sententiam & vetustorum exemplarium fidem repurgati &c. autore F. M. Gallo. Præterea accesserunt omnes reliqui Impp. usque ad Carolum hunc V. brevius quidem, quam a Svetonio, sed non minus scholis apta dictione conscripti. Eodem F. M. Gallo. Basil. per Henricum Petrum mense Augusto. 1537. in 8. *Liber infrequens.*

———— De XII. Cæsaribus libri VIII. Isaacus Casaubonus recensuit, & animadversionum libros adjecit. Additi sunt & Svetonii libelli de illustribus grammaticis, & de claris oratoribus. Apud Jacobum Chouet. 1595. in 4. *Editio rarius obvia.*

SUIDÆ opera omnia, græce. Basil. apud Hieron. Frobenium, & Nicolaum Episcopium. 1544. in fol. *Editio rara & nitida.*

SULPITIANA Grammatica cum textu Ascensiano recognito, & in compluribus locis aucto. In clarissimo parrhisiorum gymnasio. 1506. ad calendas Aprilis. in 4.

———— Scansiones. Impressum Venetiis. 1511. Adi VI. Martii. in 4.

Utrumque opus *raro obvium*, & a Maittaio prætermissum.

SULTANORUM Othmanidarum annales a Turcis sua lingua scripti, Hieronymi Beck a Leopoldstorff, Marci fil. studio, & diligentia Constantino-
 poli advecti 1551. Divo Ferdinando Cæs. opt. Max. DD. jussuque Cæsaris a Joanne Gaudier, dicto Spiegel, interprete Turcico germanice translati. Joan. Leunclavius nobilis Angrivarius latine red-
 ditos illustravit, & auxit usque ad annum M D LXXXVIII. Francof. apud Andreæ Wecheli hæredes Claudium Marnium, & Joan. Aubrium. 1588. in 4. M.

Liber *rarus*: additur in fine pandectes historiæ Turcicæ liber singularis ad illustrandos annales, tum ob-
 sidio urbis Viennensis anni 1529. e germanico in lati-
 num conversa.

SUPPLICATIONES, Erklärungen, und Pro-
 testationen der Churf. Fürsten und Stände der
 Augspurgischen Confession verwandt, die Frey-
 stellung der Geistlichen belangend, so sie auff un-
 unterschiedlichen Reichstagen der Röm: und Kön:
 Maiestet übergeben. Sampt ableinung einer sum-
 marischen verzeichnis etlicher erinnerungen, so
 man wider die Freystellung fürzubringen der Keyf.
 Maiestet auff den Reichstag zu Regenspurg anno
 1577. von Grafen und Herrn der Augspurgischen
 confession verwandten Ständ, und derselben Ge-
 sandten übergeben. Daraus erscheinet, das sie nie-
 mals in den Articul der Geistlichen vorbehalt be-

treffend, so dem religionsfrieden zu gesetzt worden, bewilliget, sonder allwegen demselben widerprochen. Item Keyser Ferdinandi declaration, wie es mit der Geistlichen eigenen Ritterschafft, Stätt, und Communen, so der Augspurgischen Confession anhengig, der religion halb gehalten werden sol. 1579. in 4. sine loco. *Scriptum per rarum.*

SUSLYGÆ (Laurentii) Poloni, velificatio, seu themata de anno ortus, & mortis Domini, deque uniuersa Jesu Christi in carne œconomia. Græcii excudebat Georg. Widmanstadius. 1605. in 4.

Liber *rarus*. In eo est author, ut ostendat æræ vulgari deesse annos quatuor: id Keplero occasionem præbuit, ut sequente anno Pragæ apud Paulum Sesium ederet libellum hoc titulo: *De Jesu Christi Seruatoris vero anno natalitio, consideratio novissimæ sententiæ Laurentii Suslygæ Poloni, quatuor annos in usitata epocha desiderantis.*

SYLVESTRI (Joannis) Pannonii, in tristissimum sereniss. atque adeo clementiss. Dominae, D. Annæ, Rom. Hung. ac Boh. reginae &c. invictiss. regis Ferdinandi &c. conjugis charissimæ obitum, epitaphium. Viennæ Austriae apud hæredes Syngrenii. 1547. in 4. M.

Scriptum *rarissimum* elego carmine exaratum est.

SYLVII Aenæ epistolæ. Vide *Aenæ Sylvii.*

SYLVII Jacobi, in Hippocratis, & Galeni physiologiae partem anatomicam Ifagoge. Venet. ex offic. Erasmiana Vincentii Valgriffii. 1556. in 8. *Liber parum communis.*

SYMMACHI (Q. Aurelii) VC. P. V. & Cof. ord. epistolarum ad diversos Libri X. Jacobus Lectius Jurisconsultus restituit, auxit notis. Additæ item notæ Fr. Jureti Jurisc. jam ante vulgatæ. Apud Eustathium Vignon per Dionysium Probum. 1587. in 8. M.


Editio *rara.* Additæ ad calcem sunt duæ Ambrosii epistolæ, quibus respondet ad Symmachi Libri X. epistolam 54. quam *relationem* vocat.

SYNGELI (Michaelis) Hierosolymitanæ quondam Ecclesiæ presbyteri, encomium in sacrosanctum Christi martyrem, B. Dionysium Areopagitam, Atheniensium primum, dein Parisiensem episcopum, Latio recens donatum per Godefridum Timannum, Cartusiæ ex professo monachum. Paris. apud Jacobum Keruer. 1546. in 8. *Liber rarus.*

SZÉKELY (Stephani) Chronicon mundi per sex ætates.* Hungarice. Cracoviæ. 1559. in 4.

Liber in ipsa quoque Hungaria *rarissimus.* Czwingterus ex grammatica Hungarica Alberti Molnár statuit annum editionis 1558. sed vix ipsum chronicon præ manibus habuerit, alioqui in fine isthic legisset: *Ezör ött százsz öttuen kilencz eszdendöbe niomtatót, szent Görg havánac tizedic napián. τέλος.* Hoc est:

1559. anno impressum mensis Aprilis decima die.
Finis. Credo illinc errorem manasse, quod chronicon in anno 1558. desinat.



T.

TABULA Martiniana, seu Margarita decreti edita per Martinum ordinis predicatorum, domini pape penitentiarium: & capellanum. in fol. sine loco, & anno. M.

Typus monasticus breuiationibus utcunque refertus: littera i jam puncto, jam virgula promiscue notatur, sæpius tamen virgula: sola adest signatura, nulli reclamantes, & paginarum numeri, sententiæ uno, vel duobus punctis constanter secernuntur.

TACITI (P. Cornelii) illustrissimi hystorici, de situ, moribus, & populis Germanie aureus libellus. Impressum est hoc Cor. Taciti aureum opusculum Lips. in edibus Wolfgangi Monacensis. 1502. in 4. M.

Editio rara, & a Maittairio omissa.

———— De moribus, & populis Germaniæ libellus. Cum commentariolo vetera Germaniæ vocabula paucis explicante. Basil. apud Joan. Froben. 1519. in 8. M.

Libellus mole exiguus, & ex *rarioribus*, qui forte *Althamero* occasionem præbuerit, ut in idem Taciti opusculum prolixius semel, iterumque commentaretur,

TACITI (P. Cornelii) Historiæ Augustæ. — Cornelii Taciti historiæ Augustæ: nec non de situ moribus & populis germaniæ libellus; ac de oratoribus dialogus fœliciter expliciunt. Venetiis fideliter impressi ac diligenter emendati per Philippum pinci sumptibus nobilis viri domini Benedicti fontana. Anno domini 1497. die XXII. Marcii. Imperante sapientissimo domino Augustino Barbadico prudentissimi ac invictissimi Senatus Venetiarum duce serenissimo. in fol.

Editio nitida, & perrara. Addita est *Julii Agricolaë vita per Cornelium Tacitum ejus generum castissime composita*: eodem typo, anno, & die per eundem Pinci edita. Præfatur Franciscus Puteolanus ad Jacobum Antiquarium Ducalem Secretarium, qui se multa loca in Tacito correxisse, & in hoc conatu a Bernardino Lanterio adjutum esse testatur. Inchoat opus a libro XI. & desinit in XXI. Priores sex sunt ex Taciti annalibus deprompti: reliqui a XVII. ex Historia Augusta. Exstabat olim Taciti codex MS. in bibliotheca Matthiæ Corvini regis, qui cum in manus Beati Rhenani pervenisset, hic novam, & auctiorem prioribus editionem vulgavit Basileæ anno 1533.

TACUINI sanitatis: *Elluchasem - Elimithar* medici de Baldath de sex rebus non naturalibus, carum naturis, operationibus, & rectificationibus. *Alben - Gnefit* de virtutibus medicinarum, & ciborum. *Isac Alkindus* de rerum gradibus. Argent. apud Joan. Schottum. 1531. in fol. *Liber rarus.*

TAGLIAFERI (Gio. Maria) Relatione alla

facra Maestà del' Imperatore Rudolfo II. intorno la presa di *Giavarino*, con sue lettere de 5. di Aprile. 1598. In Praga appresso di Giorgio Nigrino de Nigroponte stampator Cesareo. 1598. in 4. M.

Scriptum rarissimum. Paulo aliter hic de *Palfio*, fuit is a Schwartzenburgio primipilus, rem narrat, quam alii soleant. Ipse etiam Schwartzenburgius eodem anno Viennæ testimonium de Palfii virtute, ac fortitudine ad Jaurinum patrata, typis germanicis edidit.

T A I S N I E R I I (Joan.) Hanonii, poetæ, in almo Ferrariensi gymnasio mathematices professoris publici oratio habita ipsis idibus Novembris anno Domini 1547. Ejusdem de compositione, sive fabrica & usu Sphæræ non nulla compendiosè narrata. Aliquot præterea adjecta sunt epigrammata. Ferrariæ in ædibus Joannis de Bugloat, & Anthonii Hucher sociorum mense Martii. 1548. in 8.

Liber *admodum rarus*, & omnibus, quos consului, ignotus. Inscriptus est Antonio Perenot Attrebatensium Præfuli. Oratio versatur in laude mathematices.

T A L Æ I (Andræ) prælectiones in Ciceronem. Francof. 1553. in 8. *Liber infrequens*.

T A N N S T E T T E R (Georg. Collimitii) Lycoripensis, medici & mathematici in gratiam serenissimi, atque potentiss. Principis, & Domini, D. Ferdinandi, Principis Hispaniarum, Archiducis Austriæ &c. Cæsareæ & Catholicæ Majestatis lo-

cum tenentis generalis &c. libellus consolatorius, quo opinionem jam dudum animis hominum ex quorundam astrologastrorum divinatione infidentem de futuro diluvio, & multis aliis horrendis periculis 24. anni, a fundamentis extirpare conatur. Viennæ Austriæ per Joan. Singrenium. 1523. in 4. *Editio perrara.*

TAPPII (Eberhardi) Germanicorum adagiorum cum latinis, & græcis collatorum centuriæ VII. Argent. 1545. in 8. *Liber raro obvius.*

TARCAGNOTÀ (Giov.) Delle historie del mondo, le quali contengono quanto dal principio del mondo e successo fino all' anno 1513. cavate da più degni & più gravi autori, che habbino nella lingua græca, ò nela latina scritto. Al gran Duca di Toscana. Con l'aggiunta M. *Mambrino Rosèo*, & del reverendo M. *Bartol. Dionigi da Fano*, fino all' anno 1582. Segvitata ultimamente fino à tempi nostri dal Signor Cesare campana. Venetiis 1589. in 4. Partes III.

Editio apud nos *rara*, & ut ex Osmont conjicio, ordine fortassis secunda.

TARDUCCI (Achille) Successo delle fattioni occorse nell' Ongaria vicino à *Vacia* nell 1597. Et la battaglia fatta in *Transsilvania* contra il *Valacco* nel 1660. dal Signor Giorgio Basta Generale

rale dell'armi in Ungaria per sua Maestà Cefarea. Descritte da Achille Tarducci da Carinaldo della Marca Ancona, con le figure ai suoi luoghi & la descrizione del sito di esse battaglia. Venet. ex offic. Jo. Bapt. Ciotti. 1601. in 4. M. *Liber rarissimus.*

TARTARETI (Petri) Parisiensis Regentis commentationes in libros Aristotelis, secundum subtilissimi doctoris Scoti doctrinam. Atque cum passuum Scoti allegationibus, ut queque dicta a vero fonte sumpta videantur, magistri Martini Mœlenfelt de Livonia, per eundemque magistrum Martinum emendate in Friburgo regia universitate. Ejusd. explanationes summularum Petri de Hispania. Friburgi. 1494. in 4.

Editio *insignis raritatis*, & Maittairio ignota. Author in supplem. Baueri sub nomine *Tartareti* exhibetur: nostrum exemplar *Tartaretum* discrete exprimit. Hicne, an illic, error typi cubet, ignoro.

TASSO (Torquato) Rime. Ferrariæ. 1585. in 12. *Editio rara.*

TAUPLERI (Joan.) Christliche predigten, und Sermones &c. Basileæ. 1522. in fol. *Liber rarus.*

TAURINI (Stephani) Olomucensis stauro-machia, id est, cruciatorum servile bellum, quod anno ab orbe redempto post sesquimillesimum quar-

to decimo & Pannoniam, & collimitaneas Provincias valde miserabiliter depopulaverat, in V. libros summatim digestum. Ejusdem index eorum, quæ in hoc opere visa sunt annotatu digniora. Impresum Viennæ Pannoniæ per Joan. Singrenium. in 4. M.

Liber in ipsa Hungaria rarissimus. Annus editionis forte fuerit 1519. quem epistola operi præmissa exhibet, aut sequens. Inscritbit opus *illustrissimo Principi & D. D. Georgio Marchioni Brandenburgensi, serenissimi Principis Lodovici Hungariæ, Boem. &c. regis potentissimi Tutori dignissimo*. Datum est: *Alba Julia ad Kal. bifrontis Jani anno Christiano M. D. XIX.* Fuit enim Canonicus Ecclesiæ Albenfis iu Transsilvania. In fronte operis expressa est rudis icon, quæ belli rustici authorem candenti throno insidentem, & socios rebellionis, ejus carnes præ inedia decerpentes refert, cum subscriptione: *Georgius Zekel*. Poema magis historicum, quam epicum, est, tametsi Lucanum naviter imitari studeat. Notationes, quas ad operis calcem adjungit, perquam utiles sunt, tum quod multa illic de rebus domesticis parum alias cognita refert, tum quod inscriptiones Romanas in Transsilvania, & vicinis plagis repertas, quæ ob fugientes litteras vix jam legi queunt, aut non exstant amplius, conservavit. Eadem apud hunc, sed paulo aliis adjunctis vestita, narratio de fonte *sanctæ crucis* occurrit, quæ apud Cuspinianum, ut ad hunc articulum memoravi. Illud memoratu non indignum, quod de templo Constantinopolitano S. Sophiæ, credo rumore ambiguo acceptum his verbis scribit: *sed exigentibus forsan sceleribus Byzantinorum anno 1512. moles illa vere Cæsarea terræ motu funditus corruit.* Hæc illius fide.

TAXA cancellarie romane. — Impressum quidem Rome pridie Kalendarum Maii. 1479. in 4. folior. 16.

Editio *rarissima*, cujus nec P. Laire in specim. ty-pogr. Romanæ seculi XV. nec Maittairius meminerunt. Itaque editio Romana anni 1485. princeps dehinc dici non potest, ut habent biblioth. Solgeriana & Thomasiانا.

TERENTIANDUS Maurus de litteris, syllabis, & metris Horatii. Venetiis. 1533. in 8.

Liber raro admodum obuius.

TERENTII (Publii) comedie. Cum anotationibus Petri Marfi, & Pauli Malleoli in singulas scenas cum indice dictionum, seu vocabularum.

Distichon ad lectorem.

Stet sua per totum virtutis gloria mundum,

Recte vive Deo: cetera fumus erunt.

Petri Marfi, & Pauli Malleoli in Terentianas comedias adnotationes cum marginariis exornationibus, & vocularum difficilium expositionibus fortite sunt finem. Anno VII. (1507.) in 4. M.

Editio *perrara*, Maittairio, & Fabricio ignota. Epistola Malleoli ad Robertum Gagvinum Ord. SS. Trinitatis generalem Ministrum Parisiis data forte indicio fit, illic quoque Terentium editum esse. Editus autem est non distinctis versibus. Vitæ Terentii subditur œconomia satyræ, tragœdiæ, & comœdiæ: istis vero epitaphium Terentio confectum hujusmodi:

Natus in excelsis tectis Carthaginis altæ,
 Romanis ducibus bellica præda fui.
 Descripti môres hominum juvenumque senumque,
 Qualiter & servi decipiant dominos:
 Quid meretrix, quid leno dolis confingat avarus,
 Hoc quicumque legit, sic puto, cautus erit.

TERENTII (Publii) Comœdiæ metro, numerisque restitutæ. Tubingæ in ædibus Thomæ Anshelmi Badensis. 1516. in 4.

Editio rara, & Maittairio omiffa.

———— Afri comœdiæ. Venetiis in ædibus Aldi & Andreae Soceri. 1517. in 8.

Editio rara, & Harvoodo ignota,

TERTULLIANI (Q. Septimii Florentis) adversus gentes apologeticus. Joannes Syngrenius imprimebat Viennæ Pannoniæ. 1521. Eidibus Martiis. Carolo V. V. P. F. Aug. imperante. in 4.

Editio rara, & exteris fere ignota.

———— Inter latinos Ecclesiæ scriptores primi opera, sine quorum lectione nullum diem intermittebat olim divus Cyprianus, per Beatum Rhenanum Seletstadiensem e tenebris eruta, atque a situ vindicata &c. Basil. apud Joan. Frobenium. 1521. in fol.

Editio rara. Adduntur in fine, ut Tertullianus sine periculo legi possit, *Definitiones ecclesiasticorum dogmatum*, quas Rhenanus in biblioth. majoris templi

Argentoratensis repererat. In exemplaris nostri fronte trium possessorum manus legitur: singulas exscribo: *Sum mei Urielis Maithini. Nunc sum Nicolai Olahi archiepiscopi strigoniensis. Tandem post obitum piæ memoriæ Nic. Olahi archiep. Strigon. devolutus ad Georgium Velichium custodem Ecclesiæ Strigonien.*

TERTULLIANI (Q. Septimii Florentis) Carthaginensis presbyteri scripta, ad complures veteres a Gallicanis, Germanicisque bibliothecis conquisitos recognita codices, in quibus præcipuus fuit unus longe incorruptissimus in ultimam usque petitus Britanniam: non omissis accuratis Beati Rhenani annotationibus. Basil. per Hieron. Frobenium, & Nicol. Episcopium. 1562. in fol. *Liber rarus.*

TESTAMENTUM novum, græce. Hagenoæ in ædibus Thomæ Anselmi Badensis, Mense Martio, anno salutis nostræ 1521. in 4.

Editio *longe rarissima*, ut Vogt, & catalogi biblioth. Schwarzianæ, & Solgerianæ testantur.

————— Novum, græce post ultimam æditionem D. Erasmi recognitam, & castigatam. Basil. apud Nicol. Brylingerum. 1543. in 8. *Editio rara.*

————— Novum græce. Tiguri in officina Froschoueriana. 1547. in 8. *Editio rara.*

————— Græce cum notis Josephi Scaligeri in locos aliquot difficiliores. Additus est etiam

Syllabus locorum N. T. de quorum sensu, & explicatione ad controversa religionis capita Christianæ hodie lis est. Col. Allobrogum apud Petrum de la Rouiere. 1620. in 4. *Editio infrequens.*

TESTAMENTUM novum, græce & latine, diligenter ab Erasmo Roterod. recognitum, & emendatum, non solum ad græcam veritatem, verum etiam ad multorum utriusque linguæ codicum, eorumque veterum simul, & emendatorum fidem, postremum ad probatissimorum autorum citationem, emendationem, & interpretationem, præcipue Origenis, Chrysostomi, Cyrilli, Hieronymi, Cypriani, Ambrosii, Hilarii, Augustini, una cum annotationibus, quæ lectorem doceant, quid qua ratione mutatum sit. Basil. 1516. in fol.

Editionem hanc biblioth. Solgeriana, & Schwarziana perhibent *in Germania antiquissimam, & rarissimam esse.*

————— græce & latine, tertio jam, ac diligentius ab Erasmo Roterod. recognitum. Basil. 1522. in fol. *Editio itidem rarissima.*

————— Græce & latine, Thodoro Beza interprete. Basil. impensis Nicolai Barbirii, & Thomæ Courteau. 1559. in fol. *Editio rarius obvia.*

————— Græce & latine, eodem Beza interprete. 1580. in 8. sine l. & anno.

Insigne tamen videtur indicare, prodiisse ex officina Roberti Stephani.

TESTAMENTUM novum Siraice, Ebraice, Græce, Latine, Germanice, Boemice, Italice, Hispanice, Gallice, Anglice, Danice, & Polonice, ex dispositione, & adornatione Eliæ Hutteri Germani. Tom. II. Hamburgi excudebat Jacobus Wolfius. 1588. in fol. *Editio apud nos perrara.*

TESTAMENTUM novum Hungarice. in 4. sine loci, & anni indicio.

Facile annus indicari poterat, si ultimum folium exemplari nostro non deesset. Typus tamen satis aperte prodit, Claudiopoli apud Casparem Heltai, eodem interprete, excusum fuisse anno 1561. *Editio perrara.*

————— Hungarice, a Joanne Sylvestro conversum. Viennæ Austriæ 1571. in 4. *Editio rarior.*

TESTAMENTUM novum Germanice. Das neu Testament. in fol. sine anni & loci nota, cum glossis marginalibus Martini Lutheri. *Editio rarissima.*

————— Das new Testament. Teutsch. 1527. in 8. sine loci indicio. *Editio perrara.*

————— Das Buch des newen Testaments Teutsch mit schönen Figuren. Gedruckt in der kayserlichen stat Aufpurg durch Hanns Schönsperger. 1523. in fol. *Editio rarissima.*

————— Das new Testament, so durch den hochgelerten Hieronymum Emser seligen ver-

teutsch , under des Durchleuchten Hochgeborenen Fürsten und Herrn, Herrn Georgen Hertzogen zu Sachsen &c. Regiment ausgegangen ist. Gedruckt zu Freyburg im Breysgaw durch Johannem Fabrum Juliacensem. Im Jar 1534. in 8.

Editiones annorum 1528. & 1529. aliis dicuntur *rarissimæ*: nec ista *minoris raritatis* est. Adduntur in nostro exemplari hæc: *Bei sechshundert und sieben gemerckte stell, wo Luther dem text des newen Testaments zugethon und abgebrochen, wo er auch den selbigen dur falsche glossen auff unchristlichen verstandt gezogen hatt.*

TESTAMENTI novi Catholica expositio Ecclesiastica, id est, ex universis probatis theologis, quos Dominus diversis suis Ecclesiis dedit, excerpta a quodam verbi Dei ministro, diu multumque in theologia versato: sive Bibliotheca expositionum novi Testamenti, id est, expositio ex probatis omnibus theologis collecta, & in unum corpus singulari artificio conflata, quæ instar bibliothecæ multis exppositoribus refertæ esse possit. Oliva Henrici Stephani. 1570. in fol. *Liber rarus.*

TEUTSCHOLD (Hartman) Ursprung des rechten löblichen Adels und des heyligen Römischen Reichs Teütscher nation, durch Hartmann Teütschold vor Jaren Keyserlichen Herolt trewlich und wol beschriben, allein im beschluß yetzt ein wenig !geheffert. Gedrückt zu Nürnberg durch

Christoff Gutknecht. in 4. folior. 8. sine anni nota. M.

Scriptum *rarum*: defunt tamen insignia, quorum in fine meminit: *so hab ich ewr eines yeden, und des gantzen Teutschen Reichs wappen, schilt, und Helm, vom höchsten an bis zum nidersten mit fleiß abmalen lassen.*

THEATRUM diabolorum: das ist, wahrhaffte, eigentliche, und kurtze beschreibung allerley gewlicher, schreklicher, und abscheulicher laster, so in diesen letzten, schweren, und bösen Zeiten an allen orten und enden fast breuchlich, auch grausamlich in schwang gehen &c. Partes II. Francof. apud Petrum Schmid. 1588. in fol.

Liber *rarus*: præcessere editiones annorum 1569. & 1575. ibid. Freytag in anale&. litterar. pag. 965. proluxe argumenta libri recenset, quæ ante ann. 1569. seorsim editis libellis prodire.

THEMISTII Philosophi, Euphradæ ab eloquentia cognominati, orationes XIV. græce. Harum sex posteriores novæ, ceteræ emendatiores prodeunt, cum Henr. Stephani notis. Parisiis excudebat Henricus Stephanus. 1562. in 8. *Editio rara.*

THEOCRITI Eclogæ triginta. Genus Theocriti, & de inventione Bucolicorum. *Catonis* Romani sententiæ paræneticæ distichi. Sententiæ VII. *Sapientum*. De Invidia. *Theognidis* Megarensis

Siculi sententiæ elegiacæ. Sententiæ monostichi per capita ex variis poetis. *Pythagoræ* aurea carmina. *Phocylidæ* poema admonitorium. Carmina *Sibyllæ Erythreæ* de Christo Jesu domino nostro. Differentia vocis. *Hesiodi* Theogonia. Ejusdem scutum Herculis. Ejusdem georgicon libri II. Omnia græce. Impressum Venetiis characteribus ac studio Aldi Manutii Romani cum gratia &c. 1495. Mense februario. in fol.

Editio princeps & rarissima. Inscribit illam Aldus Jo. Bapt. Guarino præceptoris suo, a quo Ferrariæ græcam, & Latinam doctus erat, tametsi istius Romæ sub ducatu Casparis Veronenfis jam fundamenta posuerit. Errores, si qui irrepsissent, sibi condonari petit, quos alii parum liberaliter carpebant. *His ego, inquit, nihil imprecarer, nisi ut, quemadmodum ego, ita & ipsi curarent aliquando imprimendos græcos libros. Sentirent certe longe aliter.*

THEOCRITI, aliorumque poetarum idyllia. Ejusd. epigrammata. *Simmiæ Rhodii* ovum, alæ, securis, fistula. *Dosiadis* ara. Omnia cum interpretatione latina. In Virgilianas, & Nas. imitationes Theocriti. Observationes H. Stephani. Excudebat Henricus Stephanus. 1579. in 12. M. *Editio nitida, & rara.*

THEODORETI Cyrensis episcopi Opera omnia in IV. Tomos distributa. Quorum plurima græce, quædam etiam latine nunc primum prodeunt: græca cum MSS. exemplaribus diligenter collata, latinæ ver-

siones ad græcorum normam exactæ, & recognitæ cura & studio *Jacobi Sirmondi* Soc. Jesu presbyteri. Lutet. Parisiorum apud Sebastianum, & Gabrielem Cramoisy. 1642. in fol. Vol. IV.

Editio *perrara*, & *optima*: cujus exemplar unum Harwoodus in auctione septem libris Anglicanis venisse affirmat.

THEODORETI Cyrensis episcopi Græcarum affectionum curatio, seu Evangelicæ veritatis ex græca philosophia agnitio. Græce nunc primum ex quatuor MSS. exemplaribus, duobus scilicet Palatinis, & totidem Augustanis edita, cum *Zenobii Acciaoli* latina interpretatione diligenter recognita, opera Friderici Sylburgi Veter. ex typogr. Hieronymi Comelini. 1592. in fol. *Editio rara*.

————— Rerum ecclesiasticarum libri V. græce. Basil. per Hieron. Frobenium, & Nicolaum Episcopium. 1535. in fol. *Editio rarior*.

————— Rerum Ecclesiasticarum libri V. conversi in latinum a *Joach. Camerario* Pabergensi. Catalogi episcoporum in præcipuis Ecclesiis, & Cæsarum, atque aliquot orthodoxorum, nec non sectarum præcipuarum illius temporis historiola eodem authore. De essentia & substantia ex græcis conversiones ejusdem. Basil. apud Joan. Hervagium. 1536. in fol. *Liber rarus*.

————— De selectis scripturæ Divinæ quæ-

tionibus ambiguis. *Joanne Pico* classium inquisitionarum Senatus Parisiensis interprete. Paris. ex offic. Jacobi Puteani. 1558. in 4.

Editio rara, & a Maittairio præterita.

THEODORI Introductivæ grammatices Libri IV. Ejusd. de mensibus opusculum sane quam pulchrum. *Apollonii* Grammatici de constructione libb. IV. *Herodianus* de numeris. Omnia græce. Venetiis in ædibus Aldi Romani octavo Calendas Januarias. 1495. in fol. *Liber rarissimus.*

———— Grammatices libri IV. Venet. in ædibus Aldi, & Andreæ Asulani. 1525. in 8. *Editio rara.*

THEODOSII (Jo. Bapt.) Commentarii super aphorismos Hypocratis. Bononiæ. 1522. in 8.

Editio perrara, & Maittairio ignota.

THEOLOGORUM Norimbergensium epistola ad Doctorem Rupertum a Mosham Decanum Pataviensem, & regium Consiliarium, in qua venenata ejus convicia, mendacia, & noxia dogmata percelluntur, & magna ex parte licet breviter confutantur. in 4. sine l. & anno. M.

Scriptum *rarum*. Datum epistolæ est: 21. *Novemb.* anno 1539. qui forte annus quoque editionis fuerit. Subscripti sunt: *Wenceslaus Lincus, Andreas Osiander, Vitus Theodorus, & Thomas Venatorius.*

THEOPHRASTI primum quidem Platonis, mox Aristotelis quoque discipuli, & in philosophiæ professione successoris opera, quæ quidem a tot sæculis adhuc extant, omnia. Græce. Basil. apud Joan. Oporinum. 1541. in fol.

Editio *rara*, mirumque est ab Harvoodo præteritam esse.

————— sparsæ de plantis sententiæ in continuatam seriem ad propria capita revocatæ per Cæsarem Odonum. Accesserunt disputationes duæ, altera, an rheubarbarum in propria mole, & substantia exhibitum solvat, & aperiat magis, quam ex infusione propinatum: altera, an in quovis humore evacuando sit exspectanda concoctio? nunc primum ab eodem authore in lucem editæ. Bononiæ apud Alexandrum Benaccium. 1561. in 4, *Liber infrequens*.

THEOPHRASTI Bombast genannt Paracelsi von Hohenheim von de frantzösischen Krankheit drey Bücher. Francof. per Herman. Gülfferichum. 1553. in 4.

————— Von podagrifchen Krankheiten, als Zipperlein, oder Gicht, und ihren speciebus. Regiomonti per Joan. Daubmanum. 1563. in 4.

————— Philosophiæ magnæ tractatus aliquot, jetzt erst in Truck geben. Colon. apud hæredes Arnoldi Birckmani. 1567. in 4.

THEOPHRASTI Bombast genant Paracelsi vonn Hochenheim Astronomia magna, oder die gantze philosophia sagax, der grossen, und kleinen Welt. Francof. apud Martinum Lechlerum. 1571. in fol.

———— Philosophia de divinis operibus, factis, & secretis naturæ. Basil. 1591. in 4.

———— Von heimlichkeiten der natur. Pofonii. 1592. in 8.

———— Opera omnia. Genevæ ex officina de Tournes. 1658. in fol.

Omnia hæc Paracelsi scripta apud nos *raro obvia* sunt.

THEOPHYLACTI archiepiscopi Bulgariae in quatuor evangelia enarrationes Joanne Oecolampadio interprete. Excusum est egregium illud Theophylacti in evangelia commentariorum opus apud inclytam Basileam in officina Andreae Cratandri. Mense Martio anno Virginei partus. 1524. in fol.

Editio *rara*: sunt etiam *raro obviae* editiones Colonienses apud Quentelium anni 1531. & 1542. in fol. quas itidem possidemus. Exstat quoque apud nos editio Basileensis anni 1570. in fol. cum enarrationibus in D. Pauli epistolas, & in minores aliquot Prophetas, Laurentio Sifano interprete, & ex Philippi Montani recognitione.

———— Explicationes in acta Apostolorum, concise ac breviter ex Patribus collectæ,

græce nunc primum editæ ex bibliotheca Cl. viri Joannis Sambuci Pannonii Tirnaviensis, cum interpretatione latina Laurentii Sifani Prunfeldii, J. V. D. His accesserunt orationes quinque diversorum Patrum, nempe Gregorii Nysseni, Amphilo- chi Iconii, Joan. Chrysofomi, Cyrilli, & Timo- thei Hierosolymorum presbyteri. Item Gregorii Nysseni oratio de Deitate Filii, & Spiritus sancti, Eodem Sifano interprete. Colon. apud hæredes Arnoldi Birckmanni. 1568. in fol.

Editio perrara. Dedicacionem ad Marcum, & Joan- nem Fuggeros, Antonii filios, excipit Sifani ad Sam- bucum epistola ex monasterio Steinveldio data, in qua illum hortatur, ut ceteros quoque Codices græcos MSS. vulgari permittat: *ac te hortamur, inquit, ut deinceps maçta ista virtute sis, & ea, quæ etiam nunc penes te habes ejusdem generis, — — manumit- tere, ac bono publico dicare velis.*

THEOPHYLACTI in omnes Divi Pauli episto- las enarrationes, divinæ profus, tamque diligenti nunc demum studio recognitæ, ut ad præcedentium collationem longe perfectius in lucem exiisse vi- deantur. Christophoro Porfena Romano interprete. Coloniae in ædibus honesti civis Petri Quentell. 1531. Mense Januario. in fol. *Editio rara.*

THESAURUS NOVUS, seu sermones de sanctis per circulum anni, quibus ab editore suo doctore, & predicatore famosissimo nomen, ut Thesaurus

novus intitulentur, inditum est. Argentine. 1484. in fol. *Liber rarus.*

THESAURUS Dictionum græcarum. Dictiones quædam mutato accentu differentes. Ammon. de similib. & different. vocibus. Vocabula militaria. Dictionum Latinarum thesaurus cum græca interpretatione. Ferrariæ per Joan. Maciochium Bondenum. 1510. in fol. *Editio perrara.*

ΘΗΣΑΥΡΟΣ νέρας ἀμαλθείας καὶ κήποι Ἀδώνιδος. Thesaurus cornucopiæ, & horti Adonidis. Venetiis in domo Aldi Romani. 1504. in fol. *Liber admodum rarus.*

THUCYDIDES cum scholiis & antiquis, & utilibus, sine quibus author intellectu multum est difficilis. Accessit præterea diligentia Joach. Camerarii in castigando tum textu, tum commentariis, una cum annotationibus ejusdem. Græce. Basileæ ex officina Hervagiana. 1540. in fol.

Editio perrara, & Maittairio ignota. Hanc Harvoodus præ ceteris commendat.

————— Laurentio Valla interprete, nunc postremo correctus, & ex græco innumeris locis correctus. Basil. apud Henricum Petrum, & Maternum Colinum. 1564. in fol. *Liber raro obvius.*

————— Vom Peloponeser Krieg: durch Hieronymum Bohner verteutscht. Augustæ. 1533. in fol. *Versio rara.*

THUCY-

THUCYDIDES. Gli otto libri di Thucydide Atheniese, delle guerre fatte tra popoli della Morea, & gli Atheniesi. Nuovamente dal greco idioma nella lingua Toscana, con ogni diligenza tradotto per Francesco di Soldo Strozzi Fiorentino. In Venetia. Appresso Vincenzo Vaugris al segno d'Erasmo. 1545. in 8. M.

Versio Italica omnium, ut titulus præfert, *prima, & rarissima*. Dedicata est Cosmo Mediceo Duci Florentino: dedicationem sequitur ejusdem Strozzi epistola ad Academicos Florentinos; utraque data est ultima Martii 1545. Bauerus ex *Nicol. Haym Notizia de' libri rari nella lingua Italiana &c.* laudat editionem Venetam anni 1563. in 4. eamque raris, ac præstantissimis accenset: ex his fere suspicari licet, editionem anni 1545. Haymo ignotam fuisse. Nec Maitairius, nec Harwoodus hujus meminerunt.

THURNEYSSER (Leonardi) züm Thürn, Churfürstlichs Brandenburgischs bestalten Leibs Medici, und Burgers zu Basel 'Εκπλήρωσις, und impletio, oder erfüllung der verheißung, welche Züsagunge von ihme zü Berlin anno 1580. den V. Tag Martii wegen der ἀνάπτυξις, oder explication seines Calenders zu leisten beschehen. 1580. in 4. sine loco.

Editio ex *rarioribus*. Tuetur se hoc scripto adversus tres Theologos, qui illum sacrorum communione excluderunt, quos idcirco etiam Pyracmoni, Bronti, & Steropi comparat. Videtur Calendarium, quod pro anno 1580. ediderat, egoque possideo, causam huic

apologiae præbuisse, in quo, ut ætas illa erat, multa prognostica congerit, speciatim autem ad diem 5. Martii istud: *ignes vestros attentione singulari observate.*

THURNEYSSER (Leonardi) Onomasticum, und interpretatio, oder ausführliche Erklerung über etliche frembde, bey vielen hochgelarten, die der lateinischen und griechischen sprach erfahren, unbekante Nomina, verba, proverbia, dicta, sylben, character, und sonst reden, deren nicht allein in des theuren philosophi und Medici Aurelii Theophrasti Paracelsi von Hohenheim, sondern auch in anderer authorum schriften hin und wider weitleufftig gedacht, welche hie zusamen nach dem alphabet verzeichnet, in welchem fast jedes wort mit seiner eigenen schrift nach der Völcker etymologia, oder eigenen art und weis zu reden, beschrieben worden ist. II. Theile. Berolini per Nicolaum Voltzen. 1583. in fol. *Liber rarus.*

————— Wahrhaftiger Bericht Leonhardi Turneuffers jetziger Zeit zu Rom, von der Magia, schwarzzen Zeuberkunst, und was davon zu halten sey? Gedruckt zu Notopyrgen. 1591. in 4. *Editio perrara.*

THWRO CZ (Magistri Joannis de) Chronica Hungarorum. in 4. cum figg.

In principio, & fine mutilum. Videtur tamen ex formæ, & typi æqualitate cum eo congruere, quod

apud Excellentiss. archiepiscopum Colocensem L. B. Adamum PATACHICH de Zajezda Pestini videram, in cujus fine hæc: *Serenissimorum Hungarie regum chronica bene revisa, ac fideli studio emendata finit feliciter. Impressa Erhardi Ratdolt viri solertissimi eximia industria, & mira imprimendi arte: qua nuper Venetiis, nunc Auguste excellet, nominatissimus. Impensis siquidem Theobaldi Feger concivis Budensis, anno salutifere incarnationis. 1488.* Possidemus quoque aliam editionem in fol. in fine etiam mutilam, quæ sine dubio Brunensis est, & eodem anno 1488. exscripta.

David Czwittingerus Specim. Hungariæ litterariæ pag. 392. & ex hoc Maittairius, aliique, chronicon Thuroczianum jam anno 1482. Augustæ per Erhardum Ratoldum prodiisse scribunt, quod omnino erroneum est. Præfatio enim ad Thomam de Drag Regis Matthiæ Corvini locum tenentem, præter regios titulos, etiam *Austriæ Ducis* titulum Matthiæ tribuit, quo is ante occupatam anno 1485. Viennam usus non est: nec Thuroczius ante annum 1484. titulum *Magistri*, qui *Proto-Notariorum* regni proprius erat, tribuere sibi potuit: quippe quem ex authenticis instrumentis certum habeam, anno 1468. *Fiscalem Procuratorem* regis; anno autem 1470. *Notarium* Conventus B. Virginis de Thurocz, & 1484. *Proto-Notarium* fuisse. Et qua ratione Ratoldus chronicon hoc Augustæ anno 1482. edere potuit, quem ab anno 1475. ad annum 1486. Venetiis artem calcographicam exercuisse, nec, nisi anno hoc postremo a Friderico de Hohenzollern episcopo Augustano Venetiis advocatum Augustam venisse Cl. D. Franc. Antonius Veith in Diatribæ, quæ annalibus typographiæ Augustanæ præmittitur pagg. 35. & seqq. perspicue demonstrat? Adde, quod Maittairius annal. typogr. Tom. I. Part.

II. pag. 442. Eusebii Chronicon Venetiis anno 1483. idibus Septembris ab Ratoldo editum memotat, non est autem credibile, typographum, qui anno 1478. Francisci Mararatii opusculum de componendis verbis Venetiis, & anno 1483. Eusebii chronicon ibid. edidit, anno 1482. chronicon Thurocii Augustæ typis expressisse. Nec enim tam facile typographi cum rebus suis ultro citroque commeari solent. Itaque error manifestus in anno 1482. latet, & 1488. rescribendus est.

THYLESII (Antonii) Cosentini libellus de coloribus, ubi multa leguntur præter aliorum opinionem. Basil. apud Andream Cratandrum. 1529. in 8. *Liber rarus.*

TIBULLUS, Catullus, & Propertius cum commento. Sumptibus Joannis de Tridino. in fol.

Exscripsi titulum ex catalogo biblioth. Collegii Sorpronienfis, qui locum non exhibet, sed annum ponit 1449. Spissus error! itaque, cum Joannes de Tridino Venetiis artem typicam seculo XV. professus sit, suspicor, exemplar hoc anno 1494. Venetiis prodiisse.

TILEMANNI (Friderici) Discursus philologicus de historiarum delectu, in quo primum historicae tractationis fundamentum attingitur, & Bodini sententia pressius deducitur. Wittebergæ imprimebat Wolfg. Meisnerus. 1597. in 8. M.

Bauero dicitur Liber *perrarus*. Freytag annum editionis ponit 1596. meum exemplar, quod Dissertationem politicam de everfione Rerum publicarum Witteb. ex offic. Cratoniana eodem anno 1597 vulgatam, adjunctam habet, annum præfert 1597.

TITII (Roberti) Burgenfis, locorum controverforum libri X. in quibus veterum Scriptorum loci conferuntur, explicantur, & emendantur. Florentiæ. 1583. in 4. *Liber perrarus.*

TOPPELTINI (Laurentii) origines & occasus Transilvanorum. Lugduni. 1667. in 12. cum figg. M. *Libellus rarus.*

TORDÆ (Sigismundi) Geloi Pannonii, Orestes Euripidis tragoedia cum primis elegans latino carmine longe doctiff. expressa nunque primum in lucem edita. Basil. apud Joan. Oporinum. 1551. in 8. M.

Libellus *admodum rarus*; inscriptus est *Cl. ac doctiff. viro Martino Calmantzehi, Pastori ecclesiæ Neapolitanæ apud Pannonios ad Carpathum.* Supra, ubi de Bonfinio egi, epistolæ Oporini ad Tordam datæ, in qua Orestis e græco conversi mentio fit, jam meminî. Author *memoriæ Hungarorum* illum sub nomine *Geloi* recenset. Ferdinandus I. in liiteris anni 1556. quibus illi possessionem Nyrjes donat, eum *de Gyalw* appellat: hinc verisimiliter nomen *Geloi* ortum.

————— Epigrammata ad Illustrem *Thomam a Nadasd*, Pofonii per occasiones scripta, dum tenuit consultatio de eo in Palatinum eligendo. Ejusd. ode in laudem ejusdem Thomæ a Nadasd electi, & publice denunciati Palatini. Viennæ Austr. excudebat Michael Zimmerman. 1554. in 4. M.

Scriptum rarissimum, & vix ulli in Hungaria notum, 4. plagulas complectitur. Ode ita structa est, ut initiales versuum litteræ expriment hanc sententiam: *Thoma Nadasdi Palatine vive, & feliciter, diuque gubernata*: quæ totius etiam carminis argumentum est.

TORRENSIS (Jacobi) brevis relatio historica rerum in provincia Peruana apud Indos a Patribus Soc. Jesu gestarum. Accedunt litteræ annuæ ex insulis Philippinis. Moguntiaë typis Balthas. Lippii. 1604. in 8. *Liber rarus.*

TORRENTII (Lævini) episcopi Antverpiensis poemata sacra. Antverp. ex officina Plantiniana. 1594. in 8. *Liber infrequens.*

TORTELLII (Johan.) Arretini commentaria grammatica de orthographia dictionum e græcis tractarum. Ad sanctiss. Patrem Nicolaum V. Pont. Max. Venetiis per Hermannum Lichtenstein Coloniensem, pridie idus Novembres. 1484. in fol. *Editio perrara.*

TOXITÆ (Michaelis) in libros IV. Rhetoricorum ad C. Herennium commentarii. Basil. 1556. in 8. *Liber parum communis.*

TRABERI (Zachariæ) Soc. Jesu, Styri Martiaffluentis Nervus opticus, sive tractatus theoreticus in tres libros, opticam, catoptricam, dioptricam, distributus. Viennæ Austr. typis Joan. Christoph. Cosmerovii. 1675. in fol. cum figg.

Bauerus in Supplem. editionem Viennensem anni 1690. rarissimis accenset. Author opus hoc dedicavit *Georgio Szelephényio* archiepiscopo Strigoniensi.

TRACTATUS de Tabellionibus per dominum Bartolum compilatus. in 4. sine l. & anno.

Typus per omnia idem est, quem *Exspectativa gratiæ* refert, quam Part. I. pag. 386. Romæ anno 1479. excusam memoravi.

———— Brevis de arte Notariatus. in 4. sine anni, & loci indicio, folior. 8.

* Litteræ sunt Guldenbeckianæ, quibus Romæ 1474. usus est.

———— Editus sub nomine diaboli, quando iustitiam petiit coram Deo. Vide *Procuratoris*.

———— De Turcis, prout ad presens ecclesia sancta ab eis affligitur. Collectus diligenti discussione scripturarum a quibusdam fratribus ordinis predicatorum. — Explicit tractatus collectus anno domini M. CCCC. LXXIII. a quibusdam fratribus Ord. predicatorum de presenti afflictione ecclesie; illata a Turcis; declarans per autenticas scripturas quomodo ipsa sit presignata: & propter que peccata Christianorum sit inflictæ: & quando sit finienda. Impressus anno domini 1481. Nuremberge per Conradum Zeninger. in 4. M.

Liber *perrarus*, re ipsa est commentarius in vaticinium D. Methodii, cujus in articulo *Lazius* memini. Authores operis, ut ex rubricis marginalibus pa-

tet, magis Mathiæ Corvino Hung. regi, quam Fridrico III. Imp. additi fuere.

TRAGI (Hieron.) commentarii de stirpium historia. Argent. 1552. in 4. *Editio rarius obvia.*

TRALLIANI (Alexandri) Libri XII. Razæ de pestilentia libellus. Omnes nunc primum de græco accuratissime conversi. Argent. ex offic. Remigii Guedonis. 1549. in 8. *Editio perrara.*

TRANQUILLI Andronici Dalmatæ ad Germanos de bello suscipiendo contra Thurcos oratio. Ejusd. de Cæsaribus Romanorum invictissimis Carolo & Ferdinando.

Orbi jura dabunt gemini, duo Sydera, Fratres,
Alter ab Eois, alter ab Hesperiiis.

Excusum Viennæ Pannoniæ per Joan. Singrenium quinta Decemb. Anno Domini 1541. in 4. M.

Libellus una cum dedicatione folior. 24. & *admodum rarus.* Author *memoriæ Hungarorum* &c. Tom. I. pag. 31. scribit, orationem hanc Augustæ editam 1518. & Viennæ anno 1541. recusam esse. Id qui fieri potuerit, non intelligo, cum Tranquillus dedicationem hujus orationis signarit Viennæ die 24. Novemb. an. 1541. Credo cum illa confusam esse, quam idem Augustæ anno 1518. per Sig. Grimm, & M. Virsung edi curavit: de qua in dedicatione mei exemplaris ita Tranquillus: *hæc nostra mala — — multo ante — — divo Maximiliano Cæsari Germanorum Principum Augustæ conventum agenti, quod illi fere ultimum humanorum operum fuit, prædixeram, oblata oratione, qua continebantur & pericula reipublicæ Chri-*

stianæ, & exhortatio ad ipsum Cæsarem &c. Argumentum proinde idem utrobique, non item oratio eadem fuit. In hac cum summa libertate utatur, lectorem præmuniendum putabat. *Scio, inquit, me visum iri quibusdam delicatioribus acerbum, linguæque nimium liberæ, qui plerumque abhorrent a veritate, qui sua delicta non agnoscunt. Ego vero, non ut placerem improbis, & inertibus, hanc provinciam suscepi, sed ut ostenderem calamitatem publicam, & quo in discrimine salus omnium constituta esset.*

TREUE (Conradi) von Fridesleuen, etliche gesprech aus Göttlichen und geschriben Rechten vom Nürnbergischen Fridestand der streitigen religion halb anno XXXII. Franckfortischen anstand jüngst in Aprillen dieses XXXIV. jars auffgericht. Künftiger handlung gen Nürnberg angesehen den span der religion hinzulegen. in 4. sine a. & l.

Scriptum *rarum*: dedicatum est Comiti Rutprechtio in Monderscheid, & Blanckenheim. Datum vero: *Zu Sonnenborn den III. Junii 1534.*

TREVIRENSIS Comitis antiqui, philosophi expertissimi *περί χημείας* opus historicum & dogmaticum, ex gallico in latinum simpliciter versum, & nunc primum in lucem editum. Argent. Samuel Emmel exprimebat. 1567. in 8. *Liber rarus.*

TRIBALDI (Ludov.) regii, primarii que historici parænesis Iberica ad clariss. & ornatiss. virum D. Laurentium Ramirum Pratensem, in ampliss. Indiarum Senatu Consiliarium. Antverp. ex offic. Plantiniana. 1632. in 4. *Liber infrequens.*

TRIBAUERI (Eliæ) Klein handbüchlein wider die entzuckten und vergeisterten Schwenckfelder. Der Kayserlichen volckreichen statt Yglaw in Mehren meinen lieben Landsleuten zu gut gestellt. Ratisbonæ per Joan. Burger. 1571. in 8.

Libellus perquam rarus: continet pagg. 383. pro quibus erronee irreperunt 3083. quod post paginam 209. confessim sequatur 2010.

TRICASSI (Patricii) Mantuani enarratio principiorum chyromantiæ. Ejusd. opus chyromanticum absolutissimum: item chyromantia incepti authoris. Omnia opera Bald. Ronsefi cum ejusdem in chyromantice brevi Isagoge. Norimbergæ 1560. in 4. *Editio rara.*

TRIGAUTII (Nicolai) Soc. Jesu, de Christiana expeditione apud Sinas suscepta ab Societate Jesu, libri V. in quibus Sinensis regni mores, leges, atque instituta, & novæ illius Ecclesiæ difficillima primordia accurate, & summa fide describuntur. Augustæ apud Christoph. Mangium. 1615. in 4.

———— De persecutione Christianorum apud Japonios, triumphis, sive de gravissime ibidem contra Christi fideles persecutione exorta anno 1612. usque 1620. Monachii. 1623. in 4.

Uterque liber perraro obviis.

TRINCAVELLI (Victoris) Quæstio de rea-

Etione juxta doctrinam Aristot. & Averrois. Pata-
vii Gratiofus Perchacinus excudebat. 1556. in 8.
Liber infrequens.

TRINCAVELLI (Victoris) De vena in pleu-
ritide, aliisque internorum inflammationibus secan-
da rudimentum. ibid. 1563. in 8. *Editio rara.*

————— Libri III. & quarti fragmentum
de ratione componendorum medicamentorum,
eorundemque usu, ipso dictante a suis discipulis di-
ligenter descripti, ac a Laurentio Marucino reco-
gniti. Venet. apud Borgomineros. 1571. in 4. *Li-
ber rarus.*

TRITHEMII (Joan.) Eyn schone Cronica
von ersten Ursprunck und uffwachsen der Francken,
wie sie in Deutschlandt komen. Auch von dheren
Kunig, Hertzogen, gemeyns Adels, und Volcks
berümlichsten Kriegs und andern tugentlichen ubun-
gen, da durch sie bey nach gantze Europam be-
stritten, und erobert. Von dem Erwürdigen Vatter
Hern Johansen weylant Abbt zu Spanheim aus vil
seltzamen wenige gehörten Historien beim kurtz-
sten verfaßt, newlichst durch den hochgelerten
Hern Jacoben Schenk, der rechten Doctor aus
Latin in Deutsch transferiert und gezogen. Gedruckt
und vollendt zu Speyer durch den ersamen Johans
Eckharten, dinstags nach unser Frauen Lichtmess.
1522. in fol.

Versio, ut reor, prima, & admodum rara.

TROVAMALÆ (Joan. Bapt.) Rosella casium. Venetiis. 1499. in 8. min. *Editio rara.*

TUBERONIS (Ludovici) Dalmatæ Abbatis commentariorum de rebus suo tempore, nimirum ab anno Christi 1490. ad annum Christi 1522. in Pannonia, & finitimis regionibus gestis libri XI. Francof. 1603. in 4.

Editio haud facile obvia. Authorem recudi, & Tom. II. Script. rerum Hungar. inseri fecit. Cl. Georgius Schwandtnerus, præfatus autem est Cl. Matthias Belius, qui & cujus ordinis Abbas fuerit, & cui loco præfectus nuspiam se reperisse fateatur: ad hæc *Tuberonis* nomen ab Romanis de industria adscitum putat, ut tutior ab his esset, quos libertate scribendi offensum iri metuebat. Sed nomen id illi genuinum fuisse liquet ex epistola ad Gregorium Frangepanium Colocensem archiepiscopum, quam præfationi ad Part. IV. annal. Reg. Hungariæ. Erat autem ordinis S. Benedicti, & Abbas cænobii Melitenfis, ut Bandurius Imper. Orient. Tom. II. in animadvers. ad librum Constantini Porphy. de administr. Imperii pag. 42. edit. Venetæ prodidit.

TUDELENSIS Beniamini Itinerarium, in quo res memorabiles, quas ante CCC. annos totum fere terrarum orbem notatis itineribus dimensus vel ipse vidit, vel a fide dignis suæ ætatis hominibus accepit, breviter atque dilucide describuntur, ex hebraico latinum factum, Benedicto Aria Mon-

tano interprete. Antverp. ex offic. Plantiniana. 1575.
in 8.

Libellus *raro obuius*. Author quacunq̄ue iter fecit, cum Judæus esset, horum *communitates*, ut ait, visitabat. Ad Noraldini regis Turcorum aulam delatus, hanc illorum lingua *Uram Szoba*, & Persarum regiam ab iisdem Turcis *Sziaphaz* appellari memorat. Quod cur moneam, nostri intelli ent.

De origine TURCORUM imperii, eorumque administratione, & disciplina brevia quædam capita notationis loco collecta. Cui libellus de Turcorum moribus collectus, a *Bartholomæo Georgjevicz* adjectus est. Wittebergæ. 1560. in 8. M.

Liber *infrequens*, cujus pars altera, quæ Georgjeviczii est, ob disputationem, quam de SS. Trinitate cum Turca Varadini præfente Georgio Martinusio episcopo habuit, digna lectu est.

TURISANI Monaci Cartusienfis de Florentia plus quam commentarium in librum Galeni, qui microtechni intulatur. Venet. impressus mandato & expensis nob. viri domini Octaviani Scoti civis Modœtensis. 1498. pridie ydus apriles per Bonetum Locatellum Bergomensem. in fol.

Editio *rara*. Author eodem nomine ubiq̄ue insignitur: in principio tamen Libri I. errore typi *Trusianus* expressus est.

TURNEBII (Adriani) Adversariorum Tomi III. Basil. per Thomam Gvarinum. 1581. in fol.

Editio rara.

TURRECREMATA. Reverendissimi cardinalis, tituli sancti Sixti domini iohannis de Turrecremata, expositio brevis & utilis super toto Pfalterio Morguntie impressa, Anno domini. 1474. tercio Idus Septembris per petrum Schoyffer de gernshem feliciter est consummata. in fol.

Editio rarissima. Commendat illam præ ceteris de Los Rios, etsi titulum non rite expresserit. Ego illum ex fine libri exscripsi, qui minio expressus est, quemadmodum & Schofferi symbolum eodem colore tinctum est. Inscribit opus Pio II. Pont. Max. cui ex Hieronymo, Augustino, Remigio & Cassiodoro in compendium cogendo se accinxit, cum illum jam *senectutis pondus* premebat. Causam autem suscepti operis in hæc verba explicat: *Ceterum beatissime pater, cum considerassem, quod temporibus jam nostris pauci sapientie student, pauciores perscrutandis divinis misteriis insudant, paucissimi, qui antiquorum sermone scientiaque clarissimorum patrum explanationes & commentaria super psalmos perlegere curant, venit in mentem meam, ut inter alios studii mei labores hunc interponerem &c.*

————— Summa de Ecclesia, una cum ejusdem apparatu, nunc primum in lucem edito, super Decreto Papæ Eugenii III. in Concilio Florentino de unione Græcorum emanato. Venet. apud Michael. Tramesinum. 1561. in 4.

————— Responso ad Basileensium oratorem de Pont. Max. Conciliique generalis auctoritate coram sanctissimo D. Eugenio Papa IV. sacro

Cardinalium senatu, ceterisque Romanæ Curiaæ Proceribus in Concilio Florentino viva voce exhibitâ, nunc primum in lucem edita. Venet. ex offic. Jordani Zileti. 1563.

Uterque liber perraro obuius.

TURRIANI (Franc.) Soc. Jesu, de sanctissima eucharistia tractatus primus contra Volanum Polonum. Florentiæ apud Bartholom. Sermatellium. 1575. in 4.

Opus *rarum* inscriptum est Valeriano episcopo Vilenfi. Scriptionis occasio orta est ex mutuis in hac materia velitationibus inter Petrum Scargam Soc. J. & Andream Volanum Calvinii discipulum. An alter tractatus ibidem prodierit, ignoro; certe Sotvellus, cui Florentina editio ignota fuit, utrumque Parisiis anno 1577. typis fuisse editum memorat.

TUSIGNANO (Petri de) Recepte super Nonno Almanforis. Venet. per Bernardinum de Tridino. 1483. die XXX. Martii. in fol.

Liber *admodum rarus*: cujus thecæ interiori, nescio quis, sequens contra podagram remedium sua manu inscripsit; *Junipera viridia contendantur in butiro, & vinum bonum, ut tamen bulliant. Tandem tandem colatum agitetur in patella: & iterum bulliant, quousque non evaporet. Residuum pro usibus serva podagræ. Nam extrahit totam.*

TYRII (Gulielmi) sanctæ Tyrensis ecclesiæ ministri historiæ de bello sacro libri XXIII. *Joan. Heroldi* continuatæ historiæ de bello sacro libri

VI. commentariis rerum Syriacarum Guilhelmi Tyrensis archiepiscopi additi. Basil. per Nicolaum Brylingerum, & Joannem Oporinum. 1549. in fol. *Editio perrara.*



V.

VALERII (Flacci) Argonautica, Joan. Bapt. Pii carmen ex quarto Argonauticon Apollonii: Orphei Argonautica innominato interprete. Venet. in ædibus Aldi, & Andreae Asulani soceri. 1523. in 8. *Editio perrara.*

VALERII (Maximi) priscorum exemplorum libri IX. cum commento Oliverii Arzignanensis, & Theophili lucubrationibus &c. Impressum Venetiis per Bartholom. de Zanis de Portesio. 1508. in fol.

————— Cum duplici commentario, historico videlicet & litterato Oliverii &c. & familiari admodum, ac succincto Jodoci Badii Ascensii, qui quatuor & viginti exempla Aldino Auspicio nuper inventa, simili commentatione declaravit. 1510. in fol.

————— Dictorum & factorum memorabilium Libri IX. Lugduni. 1512. in 8.

————— De factis ac dictis memorabilibus
exem-

exemplorum Libri IX. Impressi in urbe Lipsica
calceographo Melchiore Lottero. 1514. in fol.

Omnes editiones hæ raræ sunt; postrema luculentissimis typis expressa.

VALERII (Maximi.) Exempla quatuor & viginti nuper inventa, ante caput de *omnibus*. Venetiis in ædibus Aldi, & Andreae Soceri. 1514. in 8. *Editio rara.*

VALERII Probi de notis Romanis &c. Vide *Probi Valerii.*

VALESII (Hadriani) historiographi regii Notitia Galliarum ordine litterarum digesta. Paris. apud Frider. Leonard. 1675. in fol. *Liber rarus.*

VALKEREN (Joan. Petri) S. R. J. Equitis, Vienna a' Turcis obsessa, a Christianis liberata. Viennæ Austr. typis Leopoldi Voigt. 1683. in 4. *Liber Infrequens.*

VALLAE (Georgii) de simplicium natura liber unus. Argent. per Henricum Sybold. 1528. in 8.

————— De natura partium animalium. ibid. per eund. 1529. in 8. *Utrunque opusculum rarius obvium.*

VALLAE (Laurentii) Adeps elegantiarum, ex ejus de lingua latina libris per Bonum Accursium studiosissime collectus.

Lectori.

Sæpe latet vesto fulgens sub corpore virtus,

Pagina sæpe brevis doctior esse solet.

Pauca voluptatem gignunt, fastidia magna,

Quo minor est, tanto gratior iste liber.

Traductum est hoc opusculum calchitypis Viennæ Pannoniæ per Hieronym. Vietorem impensis Leonardî, & Lucæ Alantseæ fratrum. Mense Decembris. 1516. in 4. *Editio perrara.*

VALLÆ (Laur.) elegantiarum libri VI. item libellus de reciprocis. Adnotationes in Antonium Raudensem cum dialogo in Poggium Florentinum admodum festivo. Argent. ex ædibus Morhardianis. 1521. in fol. *Liber rarus.*

———— De rebus gestis Ferdinandi Aragonum, & Siculorum regis libb. III. recogniti, adjectis Scholiis a Joanne Lango Silesio. Vratislaviæ in offic. Andr. Vingleri. 1546. in 8. M. *Editio infrequens.*

VALLERIOLÆ (Franc.) in sex Galeni libros de morbis, & symptomatibus commentarii. Venet. ex offic. Erasmania. 1548. in 8. *Editio rara.*

VALTRINI (Joan. Antonii) de re militari veterum Romanorum Libb. V. Colon. 1597. in 8.

Notam raritatis illi tribuit catalogus biblioth. Salthenianæ. Fuit author e Soc, J. de quo Ribadeneira

in catal. Scriptor. testatur, opusculum hoc ei imprudenti subiectum, & typis datum fuisse.

VALTURII (Roberti) de re militari. Typo Gothico, cum iconibus ligno incis. Veronæ. in fol.

Ita expressum lego in catalogo biblioth. Collegii Trenchinienfis. Sed cum annus non sit appositus, dubito an ad annum 1472. an vero ad 1483. his enim annis Valturium Veronæ editum constat, referendus sit. Utrumvis sit, editio inter rarissimas censi solet.

————— En tibi lector Robertum Valturium ad illustrem Heroæ Sigismundum Pandulphum Malatestam, Ariminensium regem de re militari libris XII. multo emaculatus, ac picturis, quæ plurimæ in eo sunt, elegantioribus expressum, quam cum Veronæ inter initia artis calcographicæ anno 1483. invulgaretur. Parisiis apud Christianum Wechelum sub insigni Scuti Basiliensis. 1534. in fol.

Editio *rara*, & a Maittairio omissa. Videtur typographus primam editionem Veronensem anni 1472. ignorasse.

VALVERDE (Giov.) Anatomia del corpo humano composta per M. Giov. Valverde di Hamusco, & da luy con molte figure di rame & eruditi discorsi in luce mandata in Roma per Anton. Salamanca & Antonio Lafreri. 1560. in fol.
Liber rarus.

VAN (Pauli) Sermones dominicales. Hagenaw ex officina Gran. 1497. in 4. *Editio rara.*

VANNII (Valentini) de Missa integra historia ex Sanctis Evangelistis, Apostolis, Prophetis, veteribus, recentioribusque scriptoribus ecclesiasticis, Conciliis, Pontificum decretis, & constitutionibus congesta. Adversus librum D. Johan. Fabri apud Augustam Vindelicorum in summo templo concionatoris, de opinata & falso dicta Evangelica Missa. Tom. II. Tubingæ apud viduam Ulrici Morhardi. 1563. in 4.

Bauerus ex biblioth. Saltheniana editionem Tubinganam anni 1575. in 8. inter *raras* locat.

VARIGNANE (Guiliel. de) Secreta sublimia ad varios curandos morbos verissimis auctoritatibus illustrata, additionibus non nullis, flosculis, item marginibus decorata, diligentissime castigata, nusquam impressa. Lugduni per Jo. de Cambrey. 1522. in 4. *Editio rara, & Maittairio ignota.*

VARSEVICII (Christoph.) Turcicæ historiæ libri XIV. His accesserunt opuscula duo L. FridERICI Ceriolæ de concilio, & consiliariis Principis, & de Legato, Legationeque ejusdem. Cracoviæ. 1595. in fol.

Liber *eximia raritatis* teste catalogo biblioth. Solgerianæ.

VASERI (Casparis) de antiquis nummis Hebræorum, Chaldæorum, & Syrorum. Tirnaviæ. 1605. in 4.

Editio apud nos *longe rarissima*, quod per id tempus studium rei antiquariæ non optimo loco esset.

VASSAEI (Lodovici) Catalaunensis in anatomicen corporis humani tabulæ quatuor. Venet. ex offic. Erasimiana. 1544. in 8. *Liber raro obuius.*

VCHANSKI (Jacobi) brevis augustissimi, ac summe venerandi sacrosanctæ Missæ sacrificii ex sanctis Patribus contra impium *Francisci Stancarè* Mantuani scriptum assertio. Colonia. 1577. in fol. *Opus rarum.*

VEGA (Emmanuel de) Soc. Jesu in Academia Vilnensi Prof. Theologiæ disputatio de distributione eucharistiæ sub alteratantum, vel utraque specie. Vilnæ in 4. sine anno.

———— De pio, & in Sancta Ecclesia jam inde ab Apostolis receptissimo sacrarum imaginum usu: deque sacrilega novorum iconoclastarum in exterminandis illis per summam Christi contumeliam immanitate: deque sanctorum veneratione, & invocatione, adversus impium, & famosum libellum a Volano quodam, recenti iconomachorum archiministro editum. Vilnæ. 1586. in 4.

Utrumque scriptum *perrarum* : postremi Ribadeneira, etfi cœvus, meminisse oblitus est.

VEGETII (Fl. Renati) de re militari libri IV. Lugduni. 1523. in 8. *Editio rara, & a Maittairio præterita.*

————— De re militari libri IV. *Sex. Jul. Frontini* viri consularis de stratagematis libri totidem. *Aeliani* de instruendis aciebus liber I. *Modesti* de vocabulis rei militaris liber I. Item picturæ CXX. passim Vegetio adjectæ. Collata sunt omnia ad antiquos codices, maxime Budæi, quod testabitur Aelianus. Paris apud Carolum Perier. 1553. in fol. *Liber rarus.*

————— Mulomedicina ex tribus vetustiss. codicibus, varietate adjecta : unde infiniti loci addi; & expurgari a quovis poterunt usu magno publico. Opera Joannis Sambuci Pannonii. Basil. 1574. in 4.

Freytagio, & Bauero dicitur editio *rara, & egregia.*

VELII (Casp. Vrsini) e Germanis Slesii poematum libri V. Ex inclyta Basilea apud Joan. Frobenium. 1522. in 4. M.

Liber rarissimus, ut omnia ejus opuscula sunt, quæ serius postea edidit : hæc si cum iis, quæ in aliorum authorum laudem istorum libris præfixerat, conflarentur, egregium volumen prodiret.

VELII (Casp. Vrsini) Disticha Cæsarum Romanorum a Julio Dictatore usque ad nostram memoriam. Viennæ Austr. per Hieron. Vietorem. 1528. in 4. M.

Bauerus ex biblioth. Saltheniana editionem hujus anni quidem, sed sine loco, memorat.

————— Monosticha regum Italiae, Albanorum, Romanorum, & virorum illustrium, tum Cæsarum usque ad nostram ætatem. Monosticha Summorum Pontificum Romanorum a Petro usque ad Clementem VII. Ejusdem carmen ad Adrianum VI. Pont. Max. Adjuncta sunt præterea epigrammata quædam Selectiora. Vien. Austr. per Joan. Singrenium. 1528. in 4. M.

————— Oratio Dominica in versus adstricta. Aurea carmina Pythagoræ græce, ac deinde latine. Ejusdem epistola ad D. Erasmum Roterodamum. Ejusd. varia epigrammata, Vien. Austr. per Joan. Singrenium. 1524. in 4. M.

Epistola ad Erasmum heroico, cetera elego carmine scripta sunt: in his præcellunt versus in laudem urbis Venetæ; tum in Ludovicum regem Hung. hastiludio vincentem, & Mariam ejus conjugem: item quos in Ladislaum Zalkanum Strigoniens. archiepiscopum, & Georgium Silesium, regi a secretis epistolis, inserat.

————— De mirabili victoria Cæsarianorum adversus Gallos, ac pontentiss. regis capti-

vitae ode. Ejusdem in laudem divi Cæsaris Maximiliani, & Henrici VIII. Britanniae regis carmen. ibid. apud Singren. sexta Martii 1525. in 4. M.

Inscribit opusculum Leonardo ab Harrach Equiti aurato: tum subjungit vaticinium de rege Francisco anni 1515.

Perdidit Imperium Romanum Augustulus olim,
Nempe & hinc nomen diminuentis erat.
Dicitur & a Franco fatali nomine Princeps
Franciscus Gallas nunc labefactat opes.

Adjungitur eodem typo *vera Cæsarianorum per Italiam tum Florentiae, tum urbis Romanae expugnationum, aliorumque casuum itinerariorum, qui feliciter Cæsarianis cesserunt descriptio*: Velio itidem, ut suspicor, authore edita anno 1527. in 4. Hanc excipiunt leges, quibus Pontifex, & Cardinales se se Cæsareis dediderunt.

VELII (Casp. Vrsini) Nenia serenissimae Dominae Mariae reginae Pannoniorum de obitu sereniss. D. Elifabethae reginae Danorum sororis dulcissimae. Ejusdem ad diversos diversa epigrammata. Vienne per Joan. Singrenium. 1526. in 4. M.

Dedicat hæc *Benedicto Bekényio* Protonotario Palatinali. Opusculo præmittit duo epigrammata ab Zalkano Strigonien. archiepiscopo ex tempore fusa, quorum alterum ad Elifabetham Daniae, alterum ad Bonam Poloniae, reginas spectat. Illud hujusmodi est.

Hungara reginae Danæ regina parentat
Amisssa lacrimis plena sorore soror.

Cur ploret, non est, vita clementior illi

Mors fuit: hæc rapuit, quod dedit illa, malum.

Alterum ita habet:

Quæ Bona dicta fuit, nunc regem enixa Polonis,

Optima felici facta puerperio est.

Id olim possessori hujus libelli stomachum videtur
movisse, dum sua manu hoc distichon adjungeret :

Qui tibi cunque Bonæ, sacris dum tingeris undis,

Imposuit nomen, omnibus imposuit.

Inficetus poeta, qui, cum hæc scripsit, sibi omnium
maxime imposuit. Ceterum insunt huic opusculo per-
multa : quæ ad Hungaros attinent. Rex & regina bo-
nam partem occupant ; potiozem Zalcanus, quem a
litteris, & prudentia in curanda re publica mirifice
commendat : Tomoræus quoque, Brodericus, & Pîso
Transsilvanus, elegans poeta, in partem laudis ve-
niunt. His junguntur encomia Antonii Baronis de Bur-
go in Hungaria Nuncii Apostolici, cujus studio Pon-
tifex magnam auri copiam in bellum Turcicum largi-
tus est : Alexii item Thurzonis, Andreae Præpositi
Strigoniensis, viri undequaque doctissimi ; Georgii Lo-
xani, & Emerici Kalnaj Ludovico regi a secretis ; de-
nique Stephani Verbôczii, qui tunc Palatini dignitate
functus est. Ad hujus Tripartitum, quod Viennæ pri-
mum prodiit, alludens, Hungaros mirum in modum
ab juris scientia, & cultu religionis commendat. In-
ter cetera ait :

Larga, frequensque Dei gens, & purissima cultrix,

Parcere docta piis, perdere prompta malos.

Si qua in gente diu poteras Astræa manere, hæc

Apta domus, cælum ni placuisset, erat.

VERANTII (Antonii) Archiepiscopi Strigo-

nienſis, regni Hungariæ Primatis &c. Oratio ad Rudolphum ſereniſſ, ac potentiſſ. regem Hungariæ &c. D. Imp. Maximiliani II. filium, inclyti regni Hungariæ nomine habita ſub ipſa inauguratione. Viennæ typis Stephani Creutzer. 1573. in 4. M.

Scriptum *rariſſimum*. Orator materiam bipartitus, quid regnum Regi, &, quid hic illi debeat, oſtendit.

VERANTII (Fauſti) Siceni, machinæ novæ cum declaratione latina, Italica, Hiſpanica, Gallica, & Germanica. Venetiis, in fol. cum figg. ſine anno.

Editio *perrara*: machinæ ut plurimum ad molas, pontes, & purgandos fluvios ſpectant. Probabile eſt, opus eſſe prius ab authore editum, quam ad epiſcopatum Chanadienſem anno 1598. promotus fuiſſet.

VERBÖTZ (Stephani de) opus tripartitum juris conſuetudinarii, inclyti regni Hungariæ, voluntate ſereniſſimi regis Wladislai ex conſenſu reſgnicolarum publice editum, ac confirmatum anno Domini M. D. XIV. nunc vero impreſſum Coloſvarini in officina Caſparis Helti. 1572. in 4. M.

Editio *perrara*. Prima Viennæ Auſtriæ anno 1517. per Joan. Singrenium procurata eſt, quam Joannes Camers in præſatione ad Solinum mire collaudat. Rurſus ibidem an. 1561. vix tamen per Joan. Singrenium, ut author *memoriæ Hungarorum &c.* Part. III. pag. 513. prodidit; cum ſingrenium jam multo ante e vita exceſſiſſe conſtet.

VERBÖTZ (Stephani de) Idem opus Hungarice hoc titulo: Decretum, az az, Magyar és Erdély Országnae törvény könyve. Claudio-poli per Casp. Heltai. 1571. in 4. M. *Editio itidem perrara.*

———— Idem opus Croaticæ. Nedelischæ per Rudolphum Hoffhalter. 1574. in fol.

Editio admodum rara. Est autem *Nedelischá* pagus in Murakôz Dravum inter & Muram fluvios fitus.

———— Decretum, oder Tripartitum opus der Landfrechten unnd Gewonheiten des hochlöblichen Königreichs Hungern - - der hochberümbten Teutschen Nation zu guetem aus dem Latein ins Teutsch trewlichst vertirt, und gebracht durch Augustinum Wagnerum Villescens. I. V. Candidat. & inclytæ Reip. Pofon. Hung. Cauf. Direct. &cc. Viennæ apud Leonardum Formicam. 1599. in fol. M. *Versio etiam in Hungaria ex rarioribus.*

VERCELLIS (Antonii de) sermones per sacram Quadragesimam predicabiles. Venet. 1492. in 4. *Liber rarus.*

VERDU (Blasii) Catinensis, ord. Prædic. theologiæ magistri, & Regentis in collegio regio Dertosano, duæ relectiones: altera contra scientiam mediam; & altera pro divinorum auxilio-

rum efficacia. Barcinone apud Hieron. a Margarit. 1610. in 4.

Liber apud nos *rarissimus*. Præfatio ad lectorem est instar prologi galeati pro doctrina Divi Thomæ. Author illud: *bene de me Thoma scripsisti*: ex variis Pontificum bullis prolixè confirmat. Quod ut verum sit, illud tamen propterea minime confectaneum est, eos, qui non in omnibus Sancti Doctoris Sententiam amplectuntur, *divino testimonio* contradicere, quod tamen author in præfat. fere pugnat.

VERGERII (Petri Pauli) Justinopolitani de ingenuorum educatione liberorum, & liberalibus artibus. Plutarchi Cheronæi similiter de institutione filiorum. Magni Basilii Cappadocis de legendis gentilium libris. Divi Hieronymi de obedientia filiorum erga parentes epistola. Ejusdem de contemptu mundi alia epistola. Omnia hæc a Jo. Bapt. Benivolo correctæ. Impressum Brixie per Lodovicum Britannicum. 1528. in 4.

Editio *rarior*. si liber hic, ut veri est simile, idem sit cum eo, quem Baileus Venetiis anno 1502. hoc titulo: *de ingenuis moribus, ac liberalibus studiis*: editum memorat, probabile est, Vergerium seniore cum juniore a Bauero Part. IV. pag. 246. confusum esse. Ceterum de Los Rios editionem anni 1475. memorat, quæ ex recognitione Calphurnii Briniani prodierit.

(Petri Pauli jun.) Concilium non modo Tridentinum, sed omne Papisticum perpetuo fugiendum esse omnibus piis. 1553. in 4. sine loco.

VERGERII (Petri Pauli jun.) Responſio ad librum antichriſti Romani, qui in eccleſias Chriſti, atque in doctos viros, qui ſunt in Germania, debachatus eſt horribiliter. Eo potiffimum tempore, quo jaçtabat ſe velle per ſuum Concilium amice tollere diſſidia. Regiomonti in Pruſia excudebat Joan. Daubmanus. 1563. in 4.

Omnia Vergerii ſcripta *rarioribus*, ac *rariſſimis* accenſeri ſolent, hac maxime reor de cauſa, quod a Catholicis deſciſcens ad ſectarios tranſierit. Nam his quidem duobus opusculis, quæ memoravi, multum cavillationis ineſt, parum doctrinæ.

VERGILIUS Maro. Vide *Virgilius*.

VERGILIUS Polydorus. Vid. *Virgilius Polydorus*.

VERI (Jo. Bapt.) Canonici Patavini rerum Venetarum libb. VI. quorum ultimi duo hac tertia editione prodeunt. Venet. 1678. in 4. *Opus rarum*.

VERI (Lucii) Claromontani nova apocalypſis, in qua innocentia Cæſaris Auguſti, & fidelium Imperio Principum, & noxa rebellium contra myſten Calvino-Turcicæ iniquitatis, rebellionis-que Advocatum Juſtum Juſtinum injuſtiſſime dictum revelatur. Luceburgi. 1626. in 4. *Liber ex rarioribus*.

VERNERI (Joan.) Nurembergen. libellus super XXII. elementis conicis. Ejusd. commentarius, seu paraphrastica enarratio in XI. modos conficiendi ejus problematis, quod cubi duplicatio dicitur. Ejusd. commentatio in Dionysodori problema, quod data sphaera plano sub data secatur ratione. Alius modus idem problema conficiendi ab eodem Joan. Vernerero novissime compertus, demonstratusque. Ejusd. de motu octavae sphaerae tractatus duo. Ejusd. summaria enarratio theoricæ motus octavae sphaerae. Nurembergæ per Frid. Peypus, impensis Lucae Alantsee civis, & bibliopolæ Viennensis. 1521. in 4. *Editio rara, & a Maittaireo omissa.*

VERNHERI (Georgii) De admirandis Hungariæ aquis hypomnemation. Viennæ Auftr. excedebat Egidius Aquila. 1551. mense septembri. in 4. M.

Editio prima, & perrara; Bongarsio, Czwinggero, & Authori memoriæ Hungarorum &c. ignota.

VERSORIS (Joan.) libri VIII. politicorum Aristotelis cum comento utili, & compendioso, tractantes ad civitatum, & rerum illarum necessitatem respicientium gubernatione pro civium convictu pacifico. In alma civitate Colonensi per Henricum Quentel. 1492. octavo ydus Martii. in 4.

————— Expositio, & textualis declaratio

quatuor librorum methereologorum Aristotelis ad profectum studentium gymnasii Colonienſis, quod trito ſermone Burſa montis dicitur. Per honeſtum virum Henricum Quentel Agrippinenſem. Coloniae. 1497. in 4.

Utrumque opus *rarum*: poſtremo adjectus eſt, *liber yconomorum* (oecon:) *Ariſtotelis de gubernatione rerum domeſticarum cum commento legentium aſpectibus multum amenus.*

VESALII (Andreae) Chirurgia magna, ex recognitione Proſperi Borgarutii. Venetiis. 1586. in fol.

———— De humani corporis fabrica. ibid. 1586. in fol.

———— Institutionum anatomicarum libri IV. 1585. in 8. ſine loci indicio.

———— Anatomicarum Gabrielis Falloppii obſervationum examen. Venet. 1564. in 4.

Omnia hæc Veſalii ſcripta notam *raritatis* habent

VESTRII (Octaviani) Iſagoge in actionem aulae Romanæ. Venetiis. 1560. in 8. *Scriptum per rarum.*

VONIS Senenſis expoſitio in primam Fen primi canonis Avicenne, cum queſtionibus ejuſd. item queſtiones de febre *Antonii Faventini.* Ve-

net. apud heredes Octaviani Scoti. 1517. in fol.
Editio rara, & Maittaire non observata.

VICARIAT Von des heil. Röm. Reichs der
Churfürstlichen Pfaltz zustehenden Vicariat, kur-
tzer Bericht, aus gewissen Ursachen nothwendig
in Truck gegeben. Heidelbergæ in offic. Gotthar-
di Vögelini. 1614. in 4. M. *Libellus perrarus.*

VICO (Enea) Le imagini con tutti riverfi
trovati, & le vite de gli Imperatori, tratte dalle
medaglie, & dalle historie de gli antichi. Libro
primo. Enea Vico Parm. F. L' anno 1548. in 4.

Librum a raritate comendant Osmont, & Bauer
Titulum excipit duplex præfatio Antonii Zantani ad
lectorem; tum icones XII. primorum Cæsarum: sin-
gulis novum frontispicium perelegans, & in hoc pars
nummi adversa præfigitur, quam aversæ sequuntur,
spatiis crebro vacuis relictis. Materiam nummorum
majusculis Romanis litteris notat: ut *in argento, in
oro, in rame*. Illud *Parm. F.* legendum arbitror,
Parmigiano fece: ita, ut cælatura nummorum ad Ae-
neam Vicum, explicatio contra ad Zantanum perti-
neat.

VICTORE (Ricardi de S.) in beati Joannis
apocalypsim libri VIII. quid quid in ea erat ob-
scurum, mira brevitate elucidantes, nusquam an-
te hac impressi. — Ven. patris, devotique sce-
nobitæ magistri Richardi de S. Victore compen-
diosum, egregiumque super apocalypsim operis
septem libros continentis finis. Quod Lovanii ex-
cudit

cuclit Theodoricus Martinus Aloftenfis in officina fua e regione ſcholæ juris civilis Nicolao de Buſco, & Petro Tonfore recognitoribus. 1513. Septembris (ſic) die ſeptima. in 4. *Editio perrara, & Maittairio non cognita.*

VICTORII (Petri) Commentarii in librum Demetrii Phalerei de elocutione, poſitis ante ſingulas declarationes græcis vocibus auctoris : iisdemque ad verbum latine expreſſis. Cum Pii IV. Pont. Max. Coſmi Medicis Florentinorum, Senenſiumque Ducis, & Alphonſi Ferrarienſium Ducis privilegiis ampliff. per decennium. Florentiæ in officina Juntarum Bernardi F. 1562. in fol.

————— Commentarii in primum librum Ariſtotelis de arte poetarum, cum textu græco, verſione latina Victorii & indicibus. Editio ſecunda. Florent. in offic. Juntarum Bernardi filiorum, 1573. in fol.

————— Variarum lectionum libb. XXXVIII. ad Alexandrum Farnesium S. R. E. Cardinalem libb. XXV. ad Ferdinandum Medicem S. R. E. Card. libb. XIII. Florent. apud Junctas, 1582. in fol.

————— Epiftolarum ad Germanos miſſarum libb. III. Nunc primum editi ab Joan. Caſe-

lio. Rostochii excudebat Jacobus Lucius. 1577. in 4. M.

Vogt, Freytag, biblioth. Schwarziana, Feuerliniana, Saltheniana, & Solgeriana, *rarioribus hæc omnia Victorii accensent.*

VICTORIS Vitenfis, & *Vigilii Tapfensis*, provinciæ Bizacenæ episcoporum opera. Petr. Franciscus Chiffletius Soc. Jesu presbyter vindicavit, restituit, complevitque ex antiquis Codd. & Notis illustravit. Divione apud viduam Philiberti Chavance. 1664. in 4. *Liber rarus.*

VIDAE (Hieron.) Episcopi Cremonensis Christiados libri Sex. Antverp. in ædibus Joan. Steelii, typis Joannis Laet. 1549. in 8.

Editio *rara*. Præmittit Cornelius Grapheus octastichon, quo ut Cremonam Mantuæ, ita Vidam Virgilio comparat. In fine legitur poetæ protestatio, si quid sibi imprudenti excidisset, quod religionis castimoniz adversum esset.

————— Opera omnia poetica. Lugduni. 1559. in 12.

————— Opera omnia. Antverpiæ. 1566. in 12. *Utraque editio rarius obvia est.*

VIELFELDT (J.) Spiegel der menschlichen blödigkeit &c. drey schöner gespräch des Tichters Luciani &c. Getruckt zu Strafsburg bey Wendel Reihel. 1549. in 4. *Liber Infrequens.*

VIETAE (Franc.) Opera mathematica in unum volumen congesta, ac recognita: opera atque studio Franc. a Schooten Leydenſis matheſeos Profeſſoris. Lugd. Batav. ex offic. Bonavent. & Abrahami Elzeviriorum. 1646. in fol.

Teſtibus Freytagio, Gerdeſii florilegio, & biblioth. Solgeriana *opus rariffimum.*

D. VIGILII martyris, epiſcopi Tridentini opus ut vetuſtum, ita quoque celeberrimum contra Eutychen, alioſque hæreticos, qui impie Chriſtum ſolum hominem, nec Deum, profitentur, hætenus deſyderatum a doctiſſimis, quod & hoc ſeculum tales impudentes homines protulerit, proderit noſtra ætate quoque plurimum. Viennæ Pannoniæ in ædibus Joan. Singrenii excuſum. 1528. in 4.

Editio *admodum rara.* Inſcribit opus Bernardo a Gles Tridentino epiſcopo Caſpar Churerius, qui vitam quoque D. Vigilii ex annalibus ab ſe confeſtam dedicationi ſubjungit: in fine additur ejusdem Vigilii epiſtola ad ſimplicianum Tridentinæ Eccleſiæ Antifiteſtem: hanc ſequitur octaſtichon Joan. Lucii Braſſicani in perſona D. Vigilii.

VILLAGNONIS (Nicolai) Equitis Rhodii, Caroli V. Imp. expeditio in Africam ad Argieram. Norimb. apud Joan. Petreium. 1546. in 4: M. *Liber rarus.*

———— Adverſus novitium Calvinii, Me-

lanchthonis, atque id genus sectariorum dogma de sacramento eucharistiæ, opuscula tria recens conscripta, & in lucem edita. Coloniae apud Marternum Cholinum. 1563. in 8.

Liber *perrarus*: opusculorum hæc breviora sunt. 1. Ad articulos Calvinianæ de sacramento eucharistiæ traditionis, ab ejus ministris in Francia Antartica evulgatæ, responsiones ad Ecclesiam Christianam. 2. De cænæ controversiæ Philip. Melanchthonis judicio, ad serenissimum Ferdinandum Cæsarem semper Augustum, & ad illustriss. Sacri Rom. Imp. Principes. 3. De venerandissimo Ecclesiæ Sacrificio ad Lodovicum Herquiullerum, regium in senatu Parisiensi Confiliarium. Mirum est virum militarem in religionis causa tam egregie & strenua opera depugnasse: hinc illud in Henrici Angeli Carmelitæ ad authorem de casticho:

Et lingua, & calamo, gladioque armatus in hostes
Infilit intrepidus, sternere quosque potens.

VILLANOVA (Arnaldi de) Opera. Venetiis per Bonetum Locatellum. 1505. in fol. *Editio perrara.*

————— Opera utilissima di conservare la sanità pur hora tradotta di latino in buona lingua Italiana. In Venetia per Michele Tramezino. 1549. in 8. *Liber infrequens.*

VILLANOVA (Reinaldi de) medici quondam S. D. D. nostri Pontificis, brevium practice a capite usque ad plantam pedis, cum capitulo generali de urinis, & tractatu de omnibus

febris, peste, epiala, & liparia. in fol. sine l. & anno.

Typus est Gothicus credo eundem hunc Villanovam cum Arnaldo fuisse: a quo in medica institutus fuerit, in prologo his verbis memorat: *post obitum bone memorie magistri Joannis Cassanide, medicinalis scientie professoris reverendissimi, domini mei, & magistri specialis &c.*

VILLEBOIS (Ludov.) Rerum in Arvernia gestarum, præcipue in Amberti, & Yssoduri urbium obsidionibus anno 1577. luctuosa narratio. Neoburgi per Toussanum du Pré. 1577. in 8. *Liber rarus.*

VIMPINAEI (Joan. Alberti) concordia Hippocraticorum, & Paracelsitarum libri magni excursionis defensivæ, cum appendice, quid Medico sit faciendum. Monachii excudebat Adamus Berg. 1569. in 8. *Liber parum communis.*

VINCENTII Bellovacensis opera. Voll. III. in fol. sine loco, & anno.

Exscripta typo Gothico, charta spissa, & scabra. Abest speculum historiale.

————— Speculum naturale. Impensis non mediocribus, ac cura solertissima Hermanni Liechtenstein Colonienſis agrippine Colonie, nec non emendatione diligentissima est impressum anno salutis 1494. Idibus maii Venetiis. Sedente divo

Alexandro VI. Pont. Max. regnanteque Maximiliano primo Romanorum rege, invictissimoque semper Augusto. in fol. *Liber rarus.*

VIOLA Sanctorum, sive martyrologium. Impressum Argentine per honestum virum Matthiam Bupffuff. 1516, in 4. *Editio rara.*

VIRETI (Petri) de communione fidelium, quibus cognita est veritas Evangelii, cum Papistarum ceremoniis, ac præsertim cum baptismo, nuptiis, Missa, funeribus, & exequiis. Genevæ ex offic. Joan. Crispini. 1551. in 8.

In catalogo biblioth. Salthenianæ dicitur: *liber rarus, & paucis notus.*

————— Disputations Chrestiennes divisées par dialogues avec une epistre de Jehan Calvin. ibid. per Joan. Girard. 1544. in 8. *Editio rara.*

VIRGILII (Maronis) opera cum expositioribus Servio, Landino, Antonio Mancinello, Donato, Domitio. Annotationes item in Servium suis locis positæ. Venetiis a Philippo Pincio Mantuano. 1504. die XXX. Augusti; justissimi D. D. Leonardii Lauredani Venetiarum Ducis serenissimi tempestate. in fol.

Editio rara, Fabricio, & Maittairio non memorata.

VIRGILII (Maronis.) Opera omnia, adjecto libro XIII. Maphæi Vegii, cum Servii Honorati grammatici, & Probi, nec non Antonii Mancinelli Veliterni, ac Jodoci Badii Ascensii commentariis, & iconibus copiosis. Excussit Lugduni Jacobus Sacon, impensis autem protulit bibliopolarum optimus Ciriacus Hochperg. 1517. ad tertium Nonas Decembres. in fol. *Editio rarior.*

————— Bucolica, Georgica, Aeneis, cum Servii commentariis accuratissime emendatis, in quibus multa, quæ deerant, sunt addita. Græcæ dictiones, & versus ubique restituti. Sequitur Probi celebris grammatici in bucolica, & georgica commentariolus non ante impressus. Ad hos Donati fragmenta, Christophori Langii, & Antonii Mancinelli commentarii. Venetiis in ædibus Georgii de Rusconibus, suis impensis excusi, per Bapt. Egnatium Venetum emendati, sub serenissimo Principe Leonardo Lauredano. 1520. die III. Januarii. in 4. *Editio rara.*

————— Musis dicatum. P. Virgillii Maronis, poetarum principis opera accuratissime castigata. Cum XI. acerrimi judicii virorum commentariis, Servio præsertim, atque Donato nunc primum ad suam integritatem restitutis excusa. Venet. in offic. Lucæantonii Juntæ. 1537. in fol. cum figg. *Editio rara.*

VIRGILII (Maronis) Opera omnia cum annotatiunculis. Tiguri apud Froschouerum. 1547. in 4. *Editio rarius obvia.*

———— Dreyzehn Bücher von Aenea. Francof. 1562. in 8. *Versio apud nos parum communis.*

———— Bucolicum decem aeglogarum opus tersum, ac extrema opera castigatum, ab Hermanno Torrentino familiariter expositum. Impressum Lyptzk per Melchiorem Lotterum. 1505. in 4.

———— Idem opus. ibid. per eund. 1514. in 4.

———— Georgicorum liber cum novo commentario Hermanni Torrentini Zuollensis. In officina librorum Quentel' insigni caractere Coloniae pressatum. 1507. in 4.

———— Georgica. Argentinæ. 1514. in 4.

———— Aeneis. Exclamatio Cæsaris Augusti in jussu Vergilii pro Eneidis combustione. Lipsiæ apud Melchiorem Lotter. 1513. in 4.

Omnes hæ editiones, in primis Lipsienses *perraræ* sunt, & a Maittairio, aliisque plerisque præteritæ.

VIRGILII (Polydori) Urbinitis presbyteri proverbiorum liber, quo paræmiæ insigniores

omnium ferme scriptorum luculentissima enarratione explicantur. Argent. apud Matthiam Schurerium. 1511. in 4. *M. Editio rara.*

VIRGILII (Polydori) De inventoribus rerum libb. III. M. Antonii Sabellici de artium inventoribus ad Bassum carmen elegantissimum. Argent. in offic. Matthiæ Schurerii. 1512. in 4. *Liber rarus.*

———— De rerum inventoribus Libri VIII. Basileæ apud Joan. Frobenium. 1525. in fol. *Liber rarus.*

VIRGILIUS Saltzburgensis. Vide *Wellendarfer.*

VIRVESII (Alfonfi) Ulmetani, Canariensis episcopi Philippicæ disputationes XX. adversus Lutherana dogmata per Philippum Melanchtonem defensa; complectens summatim disputationes nuper Augustæ, ac deinde Ratisponæ habitas. Nunc iterum diligenter recognitæ, & a mendis, quibus scatebant, repurgatæ. Vox usurpata Luthero: *verbum Domini manet in æternum*: Pf. 40. Vox Ecclesiæ propria: *Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in sermonibus tuis.* Pf. 118. Coloniae ex offic. Melchioris Novesiani. 1545. in 4.

Opus *rarum*: dedicat id Carolo V. Imp. a quo in aulam accersitus fuerat, ut colloquio Augustano ad

complananda religionis diffidia instituto, adesset. Hinc operis materia nata est, quod is, Cæsarem Viennam adversus Turcas proficiscentem comitatus, inter belli strepitus ruditer primum delineaverat, postea autem perpolitum, auctumque Imperatori inscripsit.

VITA Philosophorum & poetarum cum auctoritatibus, & sententiis aureis eorundem annexis. In officina industrii Joan. Knoblauch calcographi in oppido Imperiali Argentina civis. 1516. in 4. *Editio perrara.*

VITALIS (Andræ) Ord. Minorum tractatus de purgatorio S. Patritii, Hiberniæ Apostoli. Venetiis. 1652. in 8. *Libellus infrequens.*

VITALIS (Jani) Panhormitani, civis Romani, de divina Trinitate hymni III. Ad Leonem X. Pont. Max. Romæ apud Marcellum Silber, alias Franck. Nonis Maiis. 1521. in 4. M. *Scriptum insignis raritatis.*

VITELLIONIS Mathematici doctissimi $\pi\epsilon\epsilon\grave{\iota}$ $\delta\pi\tau\iota\kappa\eta\varsigma$, id est, de natura, ratione, & projectione radiorum visus, luminum, colorum, atque formarum, quam vulgo *Perspectivam* vocant, libri X. Habes in hoc opere candide lector, quum magnum numerum geometricorum elementorum, quæ in Euclide nusquam exstant, tum vero de projectione, infractione, & refractione radiorum visus, luminum, colorum, & formarum in cor-

poribus transparentibus, atque speculis planis, sphaericis, columnaribus, pyramidalibus, concavis, & convexis, scilicet, cur quaedam rectas, quaedam inversas, quaedam intra, quaedam vero extra se in aere magno miraculo pendentes, quaedam motum rei verum, quaedam eundem in contrarium ostendant: quaedam soli opposita vehementissime adurant, ignemque admota materia excitent: deque umbris, ac variis circa visum deceptionibus, a quibus magna pars magiae naturalis dependet. Omnia ab hoc auctore, qui eruditorum omnium consensu primas in hoc scripti genere tenet, diligentissime tradita, ad solidam abstrusarum rerum cognitionem non minus utilia, quam jucunda, nunc primum opera mathematicorum praestantiss. d. d. *Georgii Tanstetter*, & *Petri Apiani* in lucem aedita. Norimb. apud Joan. Petreium. 1535. in fol.

In catalogo biblioth. Salthenianae dicitur, *opus admodum rarum, & fere ignotum*: qua de causa integrum, etsi prolixus sit, titulum exscribendum putavi. Cujus Nationis author fuerit, ipse in praefar. videtur his verbis indicare: *veritatis amatori, fratri Guilhermo de Morbeka Vitelo filius Thuringorum, & Polonorum aeternae lucis irrefracto mentis radio foelicem intuitum, & intellectum perspicuum subscriptorum &c.* Tanstetterus existimat, authorem DC. annis prius floruisse, quam ederetur; id si valet, ad seculum X. locandus erit.

VIVALDI (Joan. Ludov.) de monte regali Ord. fratrum Prædicatorum, de contritionis veritate aureum opus. Impensis Joan. Rynman de Oringau impressum in oppido Hagenaw per Henricum Gran. 1513. in 4. *Opus rarum.*

VIVIS (Joan. Ludov.) De concordia & discordia in humano genere ad Carolum V. Cæs. libb. IV. de pacificatione lib. I. Quam misera esset vita Christianorum sub Turca liber unus. Lugduni ex offic. Melchior. & Casp. Trechsel fratrum. 1532. in 8. *Liber rarus.*

———— De anima & vita libb. III. Opus insigne, nunc primum in lucem editum. Basil. apud Robertum Winter. 1538. in 4. *Editiorara.*

———— De institutione mariti, feminae Christianae, & puellarum. Basil. 1538. in 8. *Libellus perrarus.*

VNTERRICHT der Visitatorn an die Pfarhern ym kurfürstenthum zu Sachsen. Wittemb. per Nicolaum Schirlentz. Anno 1528. in 4.

Scriptum *valde rarum*: præfatur Martinus Lutherus. Materia in sequentia capita dirimitur. *Vonder Lere: von den zehen geboten: von dem rechten Christlichen gebet: von Trübsal: vom Sacrament der Tauffe: vom Sacrament des Leibes, und bluts des Herren: von der rechten christlichen Buße; von der rechten Christlichen Beicht: von der rechten Christli-*

chen genugthuung für die sünde: von menschlichen Kirchenordnung: von Ehesachen: vom freyen Willen: von Christlicher freyheit: vom Türcken: von teglicher ubung ynn der kirchen: vom rechten Christlichen Bann: von verordnung des superintendenten:

VOCABULARIUS brevilocus cum arte diphthongandi, punctandi, & accentuandi. Impressus Nurmberge per Antonium Koberger. 1498. die XII. mensis Julii. in 4. M. *Editio rara.*

———— Poeticus, sive elucidarius carminum, & historiarum, continens fabulas, historias, provincias, urbes, insulas, fluvios, & montes illustres &c. Impressum Colonie apud Predicatores per me Cornelium de Zyrckzee. 1505. in 4. *Liber rarus.*

———— Impressit Johannes Prufs civis Argentinus in edibus zum Thiergarten. 1505. in 4.

Liber raro obvius. Fini præmittuntur, instar carminis Macaronici, Juristarum termini. Exscribo quædam pro specimine.

Est pheodus *lehengut*: est deprecatio *dygnisse*:

Et pactus sit *pacht*: census *Zins*: redditus *ein gylt*.

Ungelt angaria: post hec precaria *bette*.

Arra sit *truwe*: *tzoll* theolus: exactio sit *schatz*.

Inlag obstagium: emologium quoque *wedde*.

Passagium *badefart*: sit expeditio *herfart*.

Mercipotus *wynkauff*: legatio sit tibi *bottenbrot*. &c.

VOCABULARIUS. Seu gemma gemmarum. Quia per insertionem multorum vocabulorum emendatus est, ideo merito gemmagemmarum appellatur. Impressus in imperiali oppido Hagenaw per industrium Henricum Gran, impensis circumspècti viri Joannis Rynman. 1507. die III, mens. Augusti. in 4.

Editio *rara*. Præmittit Antonius Liberus Sufarenfis carmen in laudem colonix Agrippinx: inter cetera hoc quoque:

Confiliis Romam vincis: sapientia Athenas:
Parifios studiis: & Venetos opibus.

VOEGELINI (Joan.) Elementale geometricum ex Euclidis geometria decerptum. Argent. apud Christianum Egenolphum. 1529. in 8. *Libet rarus*.

VOCEMONTE (Lotario) Trattato intorno allo stabilimento del commercio, che introdur si potrebbe nella Germania rendendo navigabili i fiumi di essa, ed unendoli per mezzo di canali con il Danubio, ed altri fiumi del mezzogiorno, per dove si verrebbe parimente ad auere la comunicazione con i mari dell' oriente, e dell' occidente. &c. Vienna d' Austria appresso Cristoforo Lercher. 1709. in 8. M. *Libellus admodum rare-scens*.

VÖLKELEII (Joan.) Nodi Gordii a Martino Smigleccio nexi dissolutio. Racoviae typis Sebastiani Sternacii. 1613. in 8. *Liber rarus.*

VOLATERRANI (Raphaelis) commentariorum urbanorum XXXVIII. libri. Item oeconomicus xenophontis ab eodem Latio donatus. Parisiis in ædibus Ascensianis ad kalendas Julias. 1511. in fol. *Editio post Romanam anni 1506. rarissima.*

———— De institutione Christiana ad Leonem X. Pont. Max. libri VIII. Ejusd. de prima philosophia ad Marium fratrem lib. I. De dormitione Beatæ Mariæ Virginis sermones duo Joannis Damasceni, & unus Andreae Hierosolymitani, e græco in latinum per eundem conversi. Romæ apud Jacobum Mazochium Romanæ Academiæ bibliopolam. 1518. in fol. *Liber perrarus.*

VORAGINE (Jacobi de) Genuensis archiepiscopi, ordinis prædicatorum, Sanctorum ac festorum per totum annum liber. Impressum Venetiis per Manfredum de Monteferrato de Sufstrevio. 1493. in 4. *Editio rara, & Maittaireio ignota.*

VORSTII (Conradi) prodromus plenioris responsi, suo tempore cum Deo secuturi, ad declarationem D. Sibrandi Lubberti. Lugd. Batav. ex offic. Joan. Patii. 1612. in 4.

VORSTII (Conradi) Catalogus errorum ,
sive hallucinationum D. Sibrandi Lubberti, ex li-
bello ipsius, cui titulum fecit: *Declaratio respon-*
sionis &c. fideliter excerptus cum brevi refuta-
tione. *ibid.* apud Godefrid. Basson. 1612. in 4.

————— Apologetica oratio habita in ple-
nio confessu illustrium, ac præpotentium Hollan-
diæ & Westfrisiæ ordinum Hagæ Comitum 22.
Martii stilo novo. *ibid.* 1612. in 4.

Omnia Vorstii scripta *raris* accenseri solent.

VOSRILONG (Guliel.) Ordinis minorum
commentarius super IV. libros sententiarum. Ve-
netiis. 1502. in 4. *Editio rara, & a Maittaireo*
omissa.

VRBANI ex ordine Minorum, institutionum
græcarum tractatus duo: de passionibus dictionum
ex Tryphone: de spiritibus ex Theodorito, &
aliis: de dialectis ex Corintho. Basileæ apud Va-
lentinum Curionem. 1524. in 4. *Editio perrara.*

VRSINI (Fulvii) Virgilius collatione scri-
ptorum græcorum illustratus. Antwerp. ex offic.
Plantiniana. 1568. in 8. *Liber rarus.*

————— (Joan.) Profopopeiæ animalium li-
bri IV. Papiæ. 1552. in 8. *Liber ex rarioribus.*

VRSPERCENSIS Abbas. Vide *a Lichtenau.*

VRSTISII

V R S T I S I I (Christiani) Germaniæ historico-
rum illustrium Tomi II. Francof. 1670. in fol.

Editio *rara*: prodiit jam prius ibid. anno 1585.

V R Z E D O R A (Martini) Herbarium Poloni-
cum. Cracoviæ. 1595. in fol. *Opus apud nos ra-
rissimum.*

V S I N G E N (Bartholom. de) Compendium to-
tius Logice, brevissimis figuræ expositum in sco-
la Erfurdiana. Novellis scolasticis pro fundamento
dialectice captando editum, atque formis calco-
graphicis studiose effigiatum. Impressum Liptzk
per Baccalarium Wolfgangum de Monaco. 1500.
in 4. *Liber admodum rarus, & Maittairio igno-
tus.*


V T I N O (Leonardi de) Sacre theologie do-
ctoris, ordinis predicatorum, Quadragesimale de
legibus, seu anime fidelis. Impressum Lugduni.
1494. in 4.

———— Sermones floridi, quos predica-
vit Florentie anno domini M. CCCC. XXXV. Im-
pressit autem eos arte, atque impendio solertissi-
mus vir magister Johannes Cleyn alemannus in
civitate Lugdunensi. 1498. in 4. *Utrumque opus
rarum.*

V U L T E I I (Hermanni) consiliorum, sive re-
sponsionum, Professorum Facultatis Juridicæ in

Academia Marpurgenſi opera. Marburgi Catto-
rum typis Pauli Egenulphi. 1607. — 1613. in
fol. Voll. III.

Opus *rarum*: laudatur aliis editio Francofurtensis
anni 1652. præſertim, ſi volumen IV. conjunctum
ſit, quod *perraris* accenſent. Noſtri exemplaris vo-
lumen I. anno 1612. ſecundum vero an. 1613. & ter-
tium anno 1607. edita ſunt.



W.

WADINGI (Luçæ) Hiberni Manapienſis ΠΙΡΕΣ-
ΒΕΙΑ. Sive Legatio Philippi III. & IV. Catholico-
rum regum Hispaniarum ad SS. DD. NN. Pau-
lum PP. V. & Gregorium XV. de definienda con-
troverſia immaculatæ conceptionis B. V. Mariæ, per
illuſtriſſ. & reverendiſſ. D. D. Fr. Antonium a Treio
epiſcopum Carhaginenſium, regium Conſiliarium &
oratorem ex ord. Minorum, continens exactiſſime
omnia in hac materia deſideranda, ac conſideranda,
qua theologica, qua hiſtorica. Antverp. apud Petrum
Bellerum. 1641. in fol. *Liber perrarus*.

WAGNERS (Marci) Urfprung, und An-
kunſt des uhralten Ritterlichen Geſchlechts derer
von *Aluenslewen*, aus den alten annalen, Cæſa-
reis privilegiis; litteris & commiſſionibus; Thor-
nierbüchern, Feldregiſtern, Fundationen, Ma-

nualen , chronicis Westphrysonicis , und Grabsteinen gezogen - - Es wird auch darin vormeldet die Ankunfft und uhrsprung des alten Ritterlichen Geschlechtes deren von *Bartenschleben*. Magdeburgi. 1581. in 4. M.

Liber perrarus, plurimisque ignotus, si idem hic fit cum eo, quem Bauerus ex biblioth. Saltheniana memorat hoc titulo: *von des Adels ankunfft*. Meum quidem exemplar de his solum duabus, quarum memini, familiis agit.

WAN (Pauli) Theosophi, & Concionatoris Pataviensis sermones dominicales. In oppido Hagenaw per industrium virum Henricum Gran impressi. 1497. in 4.

———— Sermones de septem vitiis criminalibus, eorumque remediis. *ibid.* per Henr. Gran. 1518. in fol. *Utraque editio rara.*

WANGNERECKII (Simonis) Soc. Jesu, syntagmatis historici, seu veterum Græciæ monumentorum de tribus sanctorum Anagyrorum, Cosmæ & Damiani nomine paribus, Partes. II. potissimum ex MSS. a Cl. Viro Leone Allatio Roma transmissis, Græce & latine. Viennæ Austr. per Matthæ. Cosmerovium. 1660. in 4.

Liber rarus. Cum traductor operi immortalis esset, conatus illius pertendit *Reinoldus Dehinius*, ejusdem Soc. qui præterea Notas adjecerat, & opus præfatione apologetica munivit.

WASSENBERGII (Everhardi) Embricensis de bello inter Impp. Ferdinandum II. III. & Gabrielem Bethlen, ac Georgium Rakoczy gesto commentarius. Francof. 1648. in 12.

Libellus *rarus*: prodiit jam prius ibid. an. 1640. tum germanice 1647. & eodem anno belgice cum figg. Amstelodami.

WEIDNERI (Pauli) Phil. ac Medicinæ Doctoris, sanctæ lingvæ in archigymnasio Viennensi Cæsarei Professoris, ex Judaismo ad fidem Christi conversi, loca præcipua fidei Christianæ collecta, & explicata, nunc autem recognita, & multis accessionibus locupletata. Viennæ Austr. 1562. in 4.

Liber *perraro obvius*, continet tractatus VII. præter prolixam præfationem. Prodiit jam prius ibid. an. 1559. eadem forma.

———— Ein sermon den Juden zu Prag anno M. D. LXI. den 26. April in irer synagoga geprediget: dadurch auch etliche personen zum christlichen glauben bekeret worden. ibid. per Raphael. Hofhalter. 1562. in 4. *Scriptum rarum*.

WEIL (Nicolai von) den zeiten Statschreiber der Statt Eßlingen, Ttranslation, oder Deutschungen etlicher Bücher Enee Silvii, Pogii Florentini, Doctoris Felicis Hemerlin, sampt anderen schriften, deren achtzehen nach ein ander underschyd-

lichen mit iren fyguren, und Titlen im difem Buch begriffen feind. — Gedruckt und volendet inn der Kayferlichen Statt Augspurg durch Haynrich Stayner BÜCHTRUCKER am XVIII. tag Februarii 1536. in fol. M. *Collectio admodum rara.*

WELLENDARFFER (Virgilii) Saltzburgenfis trilogium de mirifico verbo intelligibili mentis, five cordis, ex diverfis studiose congeſtum, & ad noviciorum, atque provectorum utilitatem, & jucunditatem ordinatum, cujus ſummarium ſub effigiato intuebitur archetypo. Impreſſum Liptzk per Melchiorem Latter. 1495. in 4.

————— Heptalogium ex diverſis paginis, atque auctorum officinis congeſtum, cujus compendiaria, & univerſaliſſima partitio in ſubdito effigiatur typo. Impreſſum Liptzk per Melchior Lotter. 1502. in 4.

————— Decalogium de metheorologicis impreſſionibus, & mirabilibus nature operibus, igne, aethere, in aquis, atque terra contingentibus, & noſtris in climatibus quotidie apparentibus, ex diverſis officioſe compilatum. Novellinedum philoſophis, & metheorologie amatoribus, verum etiam ſcholarium rectoribus, & divinatorum cooperatoſibus haud ocioſe dedicatum. Cujus generaliffima diviſio in ſuppoſito deſignabitur proto-

schemate, quod prelibatur, ut experiatur, quid ematur, & toto decalogo comprehendatur. Impressum est hoc opus Liptzk per providum, & honestum virum Baccalaureum Wolfg. Molitoris, alias Stöckel de Monaco, civem Lipsensem. 1507. die vero Marthe mensis Julii ultima feliciter finitum in 4.

Tria hæc opera apud nos *perrara* sunt. Authorem fere sub *Virgilii Saltzburgerensis* nomine alii recensent, genuinum tamen ipse in epistola, ut vocat, *præambulari*, in hæc verba prodit: *Virgilius Wellendarffer Saltzburgerensis - - - studiosis Lipsensis gymnasii S. D. studentibus &c.*

WERDENHAGEN (Jo Angeli a) de rebus publicis Hanseaticis opus, Lugd. Batav. 1631. in 16. cum figg. *Liber rarus.*

———— Synopsis in Remp. Bodini. Amstelodami ex offic. Joan. Janssonii. 1645. in 8. *Liber infrequens.*

———— *Ψυχολογία vera* J. B. T. XL. quaestionibus explicata, & rerum publicarum vero regimini, ac earum maiestatico juri applicata. Amstelod. apud Joan. Janssonium. 1632. in 16. *Editio rara.*

WERNSTREIT (Friderici) Das kriegbüchlin des frides. 1539. in 4. sine loci indicio.

Liber perraro obvius. Argumentum in hæc verba author indicat: *Ein Krieg des frides wider alle ler-*

men, auffrür, und unfinnigkeit zu kriegen, mit gründlicher anzeigung aus wichtigen eehafften urfächen, aus grundtlichen argumenten der hailigen schrift, alten Leeren, concilien, decreten, der Haiden schrift und vernunft, das der Krieg nicht allein in das reich Christi nit gehöre, sonder auch nicht sey, dann ein teufflich, vihisch, unchristlich, un menschlich ding &c.

WESTONIAE (Elisabethæ Joannæ) virginis nobilissimæ, poetriæ florentissimæ, lingvarum plurium peritissimæ Parthenicon Libri III. opera & studio G. Mart. a Baldhouen. Pragæ typis Pauli Sessii. in 8. sine anno. *Liber rarus.*

WEYSGILGEN. Wer horen wil, wer die gantzen Welt arm gemacht hat, der mag lesen difes biechlein: die uns solten reich machen an der feel, die haben uns armen gemacht an güt, und gott weist, wie es den feelen gangen ist: und das ist das ander biechlein, das von dem Adel ausgeet, und heist die Weysgilgen, di gott gepflantz hat. in 4. sine 1. & an. folior. 6.

Scriptum perrarum, & ad conflandam uniuerse sacerdotibus, in primis autem monachis mendicantibus inuidiam conflatum. Antica postremi folii facies hæc refert: gemacht zu lob dem frummen Luther, der uns weyst den tag; und dem Ritterlichen forfechter des Luthers, den man nent Herr Ulrich von Hutten &c.

WICELLII (Georgii) Antwort auff Martin Luthers letzt bekennete Artickel, unsere gantze

religion, und das Concili belangend. Lipsiæ per Nicolaum Wolrab. 1538. in 4.

WICELLII (Georgii) Hagiologium, seu de Sanctis Ecclesiæ historiæ Divorum toto terrarum orbe e sanctis scriptoribus congestæ, & nunc, primum emissæ. Mogunt. apud Franciscum Behem. 1541. in fol.

————— Wie die Kirch vor 1000. Jahren regirt wurde: Colonia. 1559. in 4.

————— Opera omnia Germanica. ibid 1559. — 1563. Tom. II. in fol. *Omnia Wicellii scripta raris accensentur.*

WIERI (Joan.) De Lamiis liber, item de commentitiis jejuniis. Basil. ex officina Oporiniana. 1582. in 4.

————— De præstigiis dæmonum, & incantationibus, ac veneficiis libri VI. Accessit liber apologeticus, & pseudomonarchia dæmonum. ibid. 1583. in 4. *Utrumque opus raro obvium est.*

WIGANDI (Joan.) de Manichæismo revocato. 1587. in 4. sine loci nota. *Liber rarus.*

WILLICHII (Jodoci) Reselliani, Isagoge in Aristotelis, Alberti Magni, & Pontani meteora per III. libros digesta. Francof. ad Viadrum in offic. Joan. Sciuri. 1549. in 8. *Editio rara.*

WIMPHELINGI (Jacobi) Sletstadiensis, elegantiarum medulla: oratoriaque precepta: in ordinem inventu facilem copiose: clare: breviterque reducta. Impressum Liptzk per Jacobum Thanner Herbipolen. 1504. in 4. M.

Scripta hujus authoris omnia rarissimis inseri solent. In nomine edita exemplaria mire variant: nam & *Wimpfelingi*, *Wimpflingi*, & *Wimphalingi* occurrit.

WIMPHELINGII (Jac.) Adolescentia cum novis quibusdam additionibus per Gallinarium de novo revisa, ac elimata. Argentine felici auspicio impensis, & opera Joannis Knoblauch. 1505. in 4.

Sunt autem additiones; epistola Aenæ Silvii de litterarum studiis: Ex Lactantio quædam: epistola Wimphelingii responsiva Volphii: carmen philomusi de nocte, vino, & muliere: moralitates Wimphelingii: sententiæ morales ex Francisco Petrarcha; epitaphia quædam in Joannem Dalburgium episcopum Wormensem &c.

———— Idem opus. Impressum Lipzk per Johannem Thanner Herbipolen. 1506. in 4.

———— Isagoge ad Grammatices cognitionem. in 4. sine loci & anni indicio.

Caput postremum de uniformitate doctrinæ, & ejus ad ingenium commensuratione, sic habet. *Uniformitas institutionis non solum apud unum, & eundem præceptorem, sed etiam per universam Germaniam*

necessaria foret. Docendi enim diversitas, & diversorum confusa traditio, puerorum ingenia, qui locum & præceptores legitimis sæpe causis mutare coguntur, distrahit, obnubilat, perplexa reddit, temporisque jacturam facit. Possset ad hanc rem trahi, quod in Levitico Moses interdicit: agrum tuum non seres diverso semine: nam plurimum obest varieras modorum in docendo, & ex hac radice mutatio magistrorum, qui summopere quoque cavere debent, ne pueris doctrinam tradant suis ingeniis non commensuratum, aut imparem, quæ vires industriæ excedat, sicuti plerique, qui pro suo magis studio, & exercitatione, quam tyruncolorum profectu, ardua, & obscura, pote Boetium de consolatu, & hujuscemodi indiscrete, & irrationabiliter eis inculcant. Verum discussis ingenii nervis paulatim fiat ascensus pro captu ingeniorum, temporis, ætatisque habita ratione.

WIMPHELINGII (Jac.) Tutschland zu Ered der statt Straßburg, und des Rinstroms. Jetzo nach 147. Jahren zum Truck gegeben durch Hans Michel Moscherosch. Argentorati. 1648. in 4. M.

An hæc sit versio epitomes rerum Germanicarum, quæ Marpurgi anno 1562. prodiit, an contra ab hac distinctum opus, non habeo, quod dicam.

WIRE (Henrici) Wahrhaftige Beschreibung von der Kron in Hungern, wann und wo, auch auf welchen tag die allerdurchleichtigste grosmechtigste Röm: Hungerische, und Behamische Mayestät *Maximilian*, sampt deren geliebsten Gemahel dieselbig empfangen hat. Auch mit was grosser Anzal volcks zu Ross und fuss Ihr König:

May: ankommen sey, von dem Thurnier, neu-
gebauten Schlofs, und andern sachen, die sich
die zeit der Krönung zugetragen, und verlaufen
hat. Der hochgedachten Röm: Hungerischen &c.
May: zu lob und Ehr in wers weifs gestelt durch
Heinrich Wire öbristen Britischenmeyster in Schweitz
Viennæ per Michael. Zimmerman. 1563. 4.M.

Liber rarissimus, & vix ulli in Hungaria cognitus.
Author in opere Germanico, quod de nuptiis Caroli
archiducis Austriæ, & Mariæ Bavaræ, Viennæ anno
1571. ediderat, & in bibliotheca Illustrissimi D. Co-
mitis MICHAELIS WITZAI exstat, *Henricus Wirrich*
appellatur. Ut autem, quo carminis genere usus sit,
lector intelligat, dedicationis ad Maximilianum finem
exscribo.

Ich bin Hainrich Wire genant.

Allen denen gar wol bekant,

So ich hab die Britischen gshlagen

Wol sie mir nit danck drum sagen.

Prima hæc regum nostrorum Posonii coronatio fuit,
& authori huic multum obstricti sumus, quod vete-
rem coronandi reges morem ad posteros transmiserit.
Scripsit de eodem argumento Joannes Listius, qui
coronationi quoque interat, cujus de hac re opuscu-
lum Cl. Mathias Belius Adparatui ad hist. Hung. De-
cadis I. post monumentum VI. inseruit. Brevior hic
illo est, quædam tamen complexus, quæ Wire præ-
terit, vicissim hic non pauca habet, quæ in Listio
desideres. Quia autem eruditos nostros dubitare scio,
utri, cum duo homonymi Listii fuerint, opella hæc
tribuenda sit, an Secretario Ferdinandi I. an episco-
po Jauriensi, neque, cujus gentis fuerit, omnibus

conveniat, libuit mihi, quoniam alibi vix locus erit, hunc nodum extricare. Author *memoriæ Hungarorum &c.* Part. II. pag. 496. de nostro hæc habet: *Listius Joan. e nobili Hungarorum prosapia ortus, posthabitis fumosis Majorum ceris adolescens ordini Ecclesiastico nomen dedit.* Neutrum recte. Erat enim Listius origine Transsilvanus Saxo, Christophori Listii Senatoris Cibiniensis filius, ut ex epitaphio Andree fratris, quod in Basilica Cibiniensi visitur, perspicuum est. Illic a secretis epistolis Isabellæ reginæ fuisse, monui in Regum annalibus, ubi de tradita Ferdinando regi Transsilvania disserui. Isabella in Poloniam profecta Listius ad partes Ferdinandi transit, & eodem apud hunc munere, quo apud illam, functum fuisse, docet non modo nomen ejus litteris Ferdinandeis crebro subscriptum, sed illud etiam epitaphii distichon:

Frater in Augusti Ferdnandi Cæsaris aula

Moestus ob hoc moesto cum genitore dolet.

Cum regi charus esset, appulit animum ad nuptias cum Lucretia Olahi archi episcopi Strigoniensis ex sorore nepte ineundas. Obstabat tamen ignobilitas generis. Itaque anno 1554. ut Timon epist. chronol. testatur, a Ferdinando in ordinem Nobilium cooptatus est; proinde non *nobili Hungarorum prosapia ortus*, cum primus hanc prærogativam domui suæ intulerit. Sublato hoc obice, facile obtinuit, ut cum Lucretia sponsonem iniret, ut Olahus in MSS. suis ephemeridibus ad annum 1554. his verbis indicat: 22. *Novemb. desponsatio Lucretiæ pro Listio.* Hic sequente anno ad cohonestandas nuptias Capitulum Cibiniense invitarat, scriptis Vienna die 24. Maji propterea litteris. Nuptiæ ipsæ anno 1555. mense Julio celebratæ sunt, ut Olahus cit. MSS. ephem. memorat: 14. *Julii nuptiæ Lucretiæ, & Listii Posonii.* Anno

insequente 1556. natus Listio filius est, ut rursus Olahus in hæc verba scribit: 1556. die 18. Junii statim post horam tertiam antemeridianam natus est filius Joannis Listii Viennæ, Joannes nomine. Habemus igitur duos homonymos Listios, patrem, & filium: a puero septenni non potuisse scribi commentarium de Maximiliani II. coronatione, quæ in annum 1563. incidit, puto liquere: itaque patri tribuendus hic partus est, qui defuncta uxore, non item *adolescens*, Ecclesiasticum statum amplexus, anno 1568. Vespriemienfis, tum 1573. Jaurinensis episcopus est factus, ac 1577. mense Martio defunctus. Docent id litteræ Ernesti archiducis ad Cameram Pofoniensem scriptæ: *Quomodo*, inquit, *defuncti episcopi Jauriensis filius, Joannes Listius, pro confirmatione testamenti patris sui, humillime rogaverit S. C. ac Regiam Majestatem, id ex litteris suæ Majest. plenius cognoscetis. Quapropter mandamus vobis - - -, ut quam primum Directore causarum, aliisque jurisperitis ad vos advocatis, testamentum diligenter excutiat, & quatenus illud confirmandum sit, nec ne - - nos primo quoque tempore certiores reddatis &c. Datum Viennæ die 2. April. 1577.* Hinc male non nullis ingesta suspicio est, quasi uxorum episcopum habuerimus. Unus proinde, idemque Listius est, qui primum Ferdinando regi ab seکتetis epistolis, & postea episcopus fuit.

WIRE (Henr.) Von dem Kayserlichen Schiefen, das gehalten ist worden bey Wienn in Oesterreich auff Mittwoch nach der heyligen drey Künigtag im 1568. jar, in Reimen gestellt durch Hainrich Wire, Pritschenmaister und Bürger auff der Zell bey Waydthofen an der Ips. Gedruckt

zu Wienn in Oesterreich durch Hans Widtnan in der Schlesingerburfch (Burfa) 1568. in 4.

Liber *perrarus*, & ea de causa etiam utilis, quod primariorum virorum Austriae, Bohemiae, Moraviae, & exterorum Legatorum nomina & officia confignet. In fine locum natalem prodit:

wünscht Heinrich Wire das edl blut
des wenig gwint, und vil verthut,
Von Araw aus Schweitz ist er gborn,
Kayserlich Mayestet globt, und gschworn.

Non possum non facere, quin laudem, quam Maximiliano Imperatori a vilipensione externi & affectati splendoris tribuit, hoc loco addam.

Imselben khumbt in Majestet
Wie ander Herrn auch schieffen thet.
Da thet der Jung zu mir jehen,
Jetzt wirstu den Kayser sehen;
Er geht jetzund in stand hinein,
Ich sprach, sol das der Kayser sein?
Ja sprach er, du solt glauben mir.
Ich kans nit glauben, sag ich dir:
In goldt wirt gwifs der Kayser gehn;
Sih wie die andern Herren stehn,
In gülden fietten schöner zier!
Er sprach, du solt glauben mier,
Ir Mayestet die hats nit im fit,
Sy achtet keiner Hoffart nit.

Vates, etsi incertus futuri temporis, verus tamen

WITTENBERG. Ernstlich handlung der Uni-

verfitet zu Wittenberg an den durchleuchtigften hochgeborenen Churfürften und Herren Friedrich von Sachfen die Mefs betreffend. in 4. sine anno & loco.

Scriptum *valde rarum*. Ad calcem fua nomina fignarunt: Jodocus Jonas Præpofitus: Johannes Doelfch Doctor: Andreas Carolftadius Doctor: Hieron. Schurff Doctor: Philip. Melanthon, & Nicolaus Amsdorff Licentiati.

WOODROFFE (B.) Canonici ædis Chrifti, examinis, & examinantis examen, five reformationis, & reformationum defenfio adverfus calumnias *Francifci Foris Otrokotsi* in libro, quem infcribit: *Examen reformationis Lutheri, & fociorum ejus, ab anno Domini 1517. factæ, juftum, modestum, pacificum, animæque in salutem neceffarium*: quo afferit, Lutherum, ejusque focios non fuiſſe veros reformatores a Deo fpécialiter miſſos, ac proinde nec eorum reformationem eſſe Dei verbo, & fidei veteris Eccleſiæ orthodoxæ conformem, quodque hac ratione viam pacis, & unionis in Eccleſia Romana salutem aperuit. Oxoniæ e theatro Scheldoniano. 1700. in 4.

Liber in noſtris ditionibus *admodum rarus*. Scriptum illud ediderat Otrokocſius Tirnaviæ 1696. poſtquam a reformatis ad Catholicos tranſiſſet. Cum nemo domi eſſet, qui illum refelleret, has partes ſibi Woodroffe in Anglia ſumfit.

WYTFLIET (Cornelii) Lovaniensis, descriptionis Ptolemaicæ augmentum : sive occidentis notitia brevi commentario illustrata. Lovanii typis Joan. Bogardi. 1597. in fol.

Editio *rara*: describit author Americam, ejusque provincias hætenus detectas singulatim.

X.

XENOPHONTIS, oratoris & historici propter synceram, & melle dulciorem Attici sermonis gratiam, veterum omnium judicio longe clarissimi opera, quæ quidem græce extant, omnia, duobus Tomis distincta, ac nunc primum a Sebastiano Castalione a mendis quam plurimis repurgata, & quam fieri potuit, accuratissime recognita. Basil. 1540. in 8.


Editio *rara*, & Harvoodo præ ceteris laudata.

———— Opera, quæ quidem extant, omnia, tam græca, quam latina, hominum doctissimorum diligentia partim jam olim, partim nunc primum latinitate donata, ac multo accuratius, quam antea recognita. Basil. 1545.

Editio *perrara*, & Freytagio teste, inter græco-latinas omnium prima

———— Quæ extant opera in duos Tomos divisa,

divisa, græce multo, quam ante, castigatius edita, latine vero tertia nunc cura ita elucubrata, ut nova pene toga prodeant. Opera Joannis Leunclavii. Francof. apud hæredes Andreae Wecheli. 1594. in fol. *Editio rara.*



Z.

ZABARELLAE (Jacobi) opera Logica. Venetiis. 1578. in fol.

Liber *rarus*: possidemus item editionem Basileensem typis Conradi Waldkirchii anni 1594. in 4. cui adjuncta est apologia de doctrinæ ordine.

———— De rebus naturalibus libri XXX. Coloniae Jo. Bapt. Ciotti ære. 1594. in 4. *Liber infrequens.*

ZACHARIAE Episcopi Chrysopolitani, viri suo tempore celeberrimi, in unum ex quatuor, sive de concordia Evangelistarum libri IV. jam nunc primum typis excusi. Ut apertius intelligas, quid hic expectes, memineris, quatuor evangelia in unum continuatum opus ab Ammonio redacta, hic a Zacharia quatuor libris explicari, quos quanti facere debeas, ipse, cum legeris, judicabis. Nam bona merx non eget præcone. Adest vocabulorum quorundam hebraicorum sive græco-

tum, seu alioqui difficilium, per modum indicis, interpretatio, sive etymologia. Eucharius Cervicornus excudebat. 1535. in fol. *Editio rara.*

ZACHARIAE (Joan.) de urinis Actuarii libri VII. Basileæ 1529. in 8. *Liber haud facile obvius.*

ZACUTI (Rabi Abrahe) opus ephemeridum, sive Almanach perpetuum, ac in ipsum canones, sive probleumata Alfonsi Hispalensis de Corduba. Completum accurato studio, noviter castigatum, impressum est, ac absolutum Venetiis quam accuratissima fide licuit: sano, distinctoque caractere per Petrum Liechtenstein Colonensem. Anno salutifere incarnationis 1502. die 15. Julii. in 4.

Editio *admodum rara*, & Maittairio ignota: in commendationem operis præmittuntur epistolæ ad Alfonsum Eborensem episcopum Alfonsi Hispalensis, & ad hunc Joan. Michaelis Germani Budorensis, denique ipsius Zacuti ad episcopum Salmanticensem.

ZAHEL de interrogationibus. Vide *Ptolemæi.*

ZAMOSCHII (Joan. Sarii) de Senatu Romano libri II. Index auctorum, & rerum memorabilium. Venet. apud Jordanum Ziletum. 1563. in 4. *Liber rarus.*

ZARLINI (Josephi) Clodiensis, fereniff. Reip. Venetiarum in æde S. Marci Musicorum magistri, de vera anni forma, sive de recta ejus emenda-

tionē. Ad sanctiss. atque beatiss. D. N. Gregorium XIII. Pont. Max. Venetiis in offic. Varisciana. 1580. in 4. *Liber perrarus.*

ZAVACZKI (Theodori) Speculum Senatorum, & officialium regni Poloniae. Cracoviae in officina Lobii. 1617. in 12. *Opusculum infrequens.*

ZEEMAN (Georgii) gründliche ableitung der überaus giftigen, famos, und lästerschrift, welche vor zweyen Jahren under dem Titel: einer christlichen Glückwünschung Herrn Christoffen von Ungersdorff an die Evangelische Landständ inn Oesterreich, wegen behaupter, und erhaltner Augspurg. Confession ausgesprengt. Gedruckt zu Laugingen durch M. Jacob. Winter. 1612. in 4. *Scriptum rarum.*

ZEILLERI (Martini) Historici, chronologi, & geographi celebres ex variis, qui de eorum ætate, seu tempore, quo vixerunt, & operibus, quæ reliquerunt, scripserunt, ac de plerisque judicium suum tulerunt, secundum ordinem litterarum. Partes III. Ulmæ 1652. in 8. M. *Liber rarus.*

————— Beschreibung des Königreichs Ungarn, und darzu gehöriger Lande, Städte, und vornehmster Oerther, daraus neben allerley denck-

würdigen Geschichten, und Händeln, Beschreibung, Belager und Eroberung der Plätze, Feldschlachten, Scharmützel &c. auch zu sehen, was noch von diesem Königreich in der Christen, und was hergegen in der Türcken handen und Beherschung ist. Ulmæ. 1660. in 8. M.

Liber apud nos *perraro obvius*, & illis, quos fontes adire piget, valde opportunus.

ZENOBIÏ compendium veterum proverbiorum ex Tarræo, & Didymo collectum, opus luculentum, & utile. græce. Haganoæ per Petrum Brubachium. 1535. in 8. M.

Editionem Cracoviensem anni 1543. Bauer ex Janozkio inter *rarissimas* locat. Hagenoensem vulgavit Vincentius Obsopæus, qui plures græcos codices ediderat, & partim etiam latinos fecit. Sed mirum est, virum certe doctum, ac de re litteraria egregie meritum, penuria rei familiaris pene oppressum esse. Ita enim ad Joannem Magenpuchium Medicum: *nam præterquam, quod principis nostri liberalitate utcunque sustentor, ferme omnes Iros & mendicabula circumforanea egestate supero. - - Nos Musarum cultores, etiam secundis temporibus infelices, & egeni, qui non hoc difficili, & ærumnoso tempore essemus omnium egentissimi?* In authore hujus opusculi non convenit illi cum Erasmo, qui in Zenobii loco Zenadorum substituit; ille contra Zenobium illum, qui sub Hadriano artem dicendi Romæ docuerat, ex Suida fuisse contendit.

ZENOCARI (Guliel.) a Schauwenburgo, Bin-

corstii Toparchæ, de vita Caroli V. Imp. Cæs. vere Augusti libri V. Antverp. apud Gummarum Sulsenium. 1596. in fol. *Liber rarus.*

ZENTHGYÖRGY (Gabriel.) Elegiæ aliquot de ærumnis Pannoniæ inferioris. Witebergæ. 1552. in 4. M.

Opusculum *rarissimum*, Czwittingero, authori *memoriæ Hungarorum &c.* aliisque fere omnibus ignotum, ac venusto carmine conscriptum.

ZERBIS (Gabriel.) Liber anathomie corporis humani, & singulorum membrorum illius Venet. per presbyterum Bonetum Locatellum Bergomensem, expensis heredum nobilis viri domini Octaviani Scoti civis Modoetienfis. 1502. in fol.

Editio *rara*, & Maittairio præterita. Præfatio ad Dominicum Grimaldum Card. presbyterum, & Patriarcham Aquileiensem; tum sequitur authoris epistola ad Marinum Brocardum, & hujus ad illum, denique carmen in operis commendationem Jacobi Philippi ex pellibus nigris Troiani, alias Torinus dictus.

ZERMEGH (Joan.) historia rerum gestarum inter Ferdinandum, & Joannem Ungariæ reges usque ad ipsius Joannis obitum. Amstelodami apud Jacobum Lepidium. 1662. in 12. *Liber rarus.*

ZILETI (Jo. Bapt.) Tractatus de testibus probandis, vel reprobandis variorum autorum. Venet. 1574. in 4. *Liber infrequens.*

Z E Y T U N G wahrhaftige, wie Keyferlich Ma-
jeftat jüngft verschynen den 5. Januarii dieses
XL. Jars zu Paris in Franckreych ankommen ist.
Auch mit was pomp und bracht er empfangen,
und geehrwyrdigt worden sey. Alles gegenwertig
gesehen, erfahren, und schriftlich verfasst, wie
nachfolgends klärlich angezeygt wird. Plus ultra.
Argentorati, per Henricum Steyner. 1540. in 4.
M. *Scriptum rarissimum.*

Z O V E L L I (Petri Jac.) Commentarius de pe-
stilenti statu, in quo quid quid ad pestem curan-
dam attinet, clarissime continetur. Venet. apud
Franc. Portinarium. 1557. in 8. *Liber parum ob-
vius.*

Z R I N Y (Nicolai Comitis de) Adriai Ten-
gernek Sirenaia: seu Adriatici maris Syren. Vien-
nae apud Mathi. Cosmerovium. 1651. in 4.

Etiam in ipsa Hungaria *rarissimum opusculum.* Poe-
matis argumentum est, obsidio Szigethanae arcis, quam
homonymus Zrynius anno 1566. obita fortiter mor-
te toleravit, in XV. partes tributum, cui minora ali-
quot poemata varii generis subjunguntur. Operi præ-
mittitur idyllion: præfatio in hos versus definit:

In galea Martis nidum posuere columbae
Apparet Marti quam sit amica Venus.

Z U B L E R I (Leonardi) novum instrumentum
geometricum, quo rerum mensurabilium longitu-
do, altitudo &c. hætenus in audito compendio,

etiam ab arithmetica imperitis quam certissime mensuratur, germanice primum descriptum, nunc vero Latio donatum a Casp. Vasero. Insperfae sunt XXII. formae aeneae elegantissimae. Basil. 1607. in 4.

ZUBLERI (Leonardi) Fabrica & usus instrumenti chorographici, quo mira facilitate describuntur regiones, & singulae partes earum, veluti montes, urbes &c. Addita sunt praeterea duo instrumenta homogenea, & XV. formae aeneae. ibid. 1607. in 4. *Utrumque opus infrequens.*

ZWINGERI (Theodori) methodus apodemica peregrinandi. Basil. 1577. in 4. *Editio rara.*

ZWINGLI (Huldrici) amica exegetis, id est, expositio eucharistiae negotii ad Martinum Lutherum. in 4. sine an. & loco. *Scriptum rarum, ut pleraque Zwinglii sunt.*

————— Vslegung und gründ der schluffreden, oder articklen. Tiguri per Christoph. Frofchouer. 1521. in 4.


————— Eine kurtze klare Summ, und erklärang des Christenen gloubens vor synen tod zu eynem Christenen König geschriben. in 8. sine L & a.

ZWINGLI (Hulder.) Johannis Ecken Misfiv und embieten den frummen, vesten, ersa-

men, weyßen &c. gmayner Aydgenossen botten zu Baden in Augustmonat versamlet, überschickt: über solcs embieten Huldrihen Zwinglis, so vil er darinn angerürt, christenlich und zymlich verantwurt. 1524. in 4. sine l.

ZWINGLI (Hulder.) Ad Matthæum Albertum Ruttingensium Ecclesiastem de coena Dominica epistola. Tiguri in ædibus Christoph. Froschouer. 1525. in 8.

ZYLII (Othonis) e Soc. Jesu, historia miraculorum B. Mariæ Silvaducensis, jam ad D. Gaugerici Bruxellam translata. Antverp. ex officina Plantiniana. 1632. in 4. *Editio rara.*



S U P P L E M E N T U M.

A.

AESCHINIS & Demosthenis Græciæ oratorum orationes adversariæ. Venet. apud Federicum Turrifanum. 1549. in 8. *Editio parum communis.*

AESCHYLI Tragœdiæ. VII. græce. Quæcum omnes multo, quam antea, castigatiores eduntur, tum una, quæ mutila, & decurtata prius erat, integra profertur. Scholia in eadem plu-

rimis in locis locupletata, & pene infinitis locis emendata, Petri Victorii cura & diligentia. Ex offic. Henrici Stephani. 1557. in 4.

Editionem hanc Freytagius, & catalogus biblioth. Salthenianæ inter *perraras* collocant.

AGATHIAE Scholaſtici Smyrnæi, de bello Gothorum libri V. Mogunt. per Joan. Schoeffer. 1527. in 4. *Liber rarus.*

AGRIPPÆ (Cornelii) de vanitate ſcientiarum. Coloniae. 1531. in 8.

Editio, ut plerique teſtantur, *incaſtrata*, & *rariſſima*.

ANACREONTIS Teji odæ ab Henrico Stephano luce, & latinitate primum donatæ. 1554. in 4.

Memineram hujus editionis pag. 49. ubi pro *Duarti* reſcribendum eſt *Aurati*, ſeu *Dorat*.

ANDRELINI (P. Fauſti) Forolivienſis, poetæ laureati regiique, ac reginei aegloga. Ejusdem hecatodiſtichon. T. O. Argentorati ex ædibus Schurerianis menſe Novembri. 1512. in 5. *Editio per-rara.*

APPIANI Alexandrini Romanarum hiftoriarum Celtica, Lybica, vel Carthaginenſis Illyrica, Syriaca, Parthica, Mithridatica, quinque libris diſtincta, græce. Ex bibliotheca regia. Lutetiæ ty-

pis Caroli Stephani. 1551. in fol. *Editio rara, & pernitida.*

APULEI (Lucii) In asinum aureum opus cum commento Beroaldi, & figuris noviter additis. Venet. per Philip. Pincium. 1510. in fol. *Liber rarus.*

ARETINI (Angeli) Instituta cum divisionibus. Venet. 1503. in 4. *Editio raro obvia.*

ARISTOPHANIS comoediæ duæ, græce Romæ typis Bernardi Junta. 1515. in 8. *Editio rara.*

ARSENI archiepiscopi Monembazix scholia in VII. Euripidis tragoedias; græce. Basîl. typis Joan. Hervagii. 1544. in 4. *Liber rarus.*

ARTEMIDORI De somniorum interpretatione libri V. De infomniis, quod Synesii cujusdam nomine circumfertur, græce. Venet. in ædibus Aldi, & Andreæ Soceri. 1518. in 8. *Editio rarissima.*

ATHENAGORAE, Atheniensis philosophi Christiani apologia pro Christianis ad Imp. Antoninum, & Commodum. Eiusdem de resurrectione mortuorum, græce & latine. Genevæ ex offic. Henrici Stephani. 1557. in 8.

Editio, teste catalogo bibliothecæ Solgerianæ, per rara, & nitidissima.


S. AUGUSTINI Aurelii Episcopi de divinis

fima Trinitate Libri XV. Venetiis. 1504. in 4. *Liber parum obuius.*

Parte I. pag. 88. memineram quatuor librorum de doctrina Christiana: id erroneum est: re enim vera est tantum liber IV. de arte prædicandi. Qui an idem sit cum eo, quæm Cl. Franc. Carolus Alter in bibliographia Bibliorum, & SS. Patrum pag. 187. memorat, Moguntia per Joh. Fust sine anni indicio in fol. editum, non habeo, quod pro comperto dicam. Exemplar nostrum in fine *Registrum* quatuor pene foliorum exhibet in singulos paragraphos, qui non interrupta linea contexti solis alphabeti litteris secernuntur ita ut finito primo alterum inchoet ab AB. & tertium a BC. De reliquis typi criticiis cit. loco memoravi.

AZONIS Summa extraordinaria super institutis. Spire per Petrum Drach. 1482. in fol.

Liber *perrarus*: meminit hujus editionis ex biblioth. Mallinkrotiana Maittaireius Tom. I. Part. II. pag. 437. de typographo tamen videtur ambigere, cum subjungat, *credo apud Petrum Drach.*



B.

BARLAEI (Casp.) Rerum per octennium in Brasilia, & alibi gestarum sub præfectura illustriss. Comitum J. Mauritii Nassovia &c. Comitum historia. Cui accesserunt Gulielmi Pisonis Medici Amstelædamensis tractatus de aeribus, aquis, & locis in Brasilia. De arundine sacharifera: de melle silve-

stri: de radice altili Mandihoca. Clivis ex offic. Tobiaë Silberling. 1660. in 8.

Liber infrequens : prodiit primum Amstelodami 1647. in fol. cujus editionis exemplaria *rarissima* sunt, quod pleraque incendio perierint. Nescio, an Bauerus in supplem. historiam Barlæi ab opusculis Pisonis recte separet.

BEDAË venerabilis presbyteri expositio epistolarum S. Pauli ex sensu S. Augustini. Item homilia S. Joan. Chryostomi de laudibus S. Pauli. Parisiis excudebat Ulricus Gering. 1499. in fol. *Editio rara, & Maittairio non observata.*

BELLAI (Martini) Equitis Torquati commentariorum de rebus Gallicis libri X. Quibus Francisci I. Galliaë regis res gestas, varios casus, & bella, quæ illi cum potentiss. Principibus, & populis intercesserunt, complexus est. Ex gallico latini facti ab Hugone Suræo. Francof. 1574. in fol. *Libet rarus.*

BERGERI (Eliæ) Rhapsodia de cruce, Insignis regni Hungariaë Sanctissimis, & de gestis pro cruce Christi inclitorum Hungariaë Regum. Olo-mucii typis Georgii Handellii. 1654. in 8. *Libellus in ipsa etiam Hungaria rarissimus.*

BIBLIA Italica &c. nuovamente translata in lingua Italiana da Giovanni Diodati, di Nation Lucchese. 1607.

Memoravi hæc pag. 155. addendum tamen illic, esse Calviniana, & interpretem Genevam profugisse. Monui quoque isthic, esse primam ex novis translationibus. Vetusior illa est, quam Carolus V. in indice librorum ab Academia Lovaniensi anno 1550. confecto vetuit. Nam titulo: *Welsche Biblien*: prohibetur ea, quæ edita est *zu Anttorff durch Martinum Lempereur, anno XXXIII. (1534.)*

BIEL (Gabriel.) Sermones de festiuitatibus Christi, & gloriose Virginis Marie. — Finis sermonum de festiuitatibus Virginis gloriose feria secunda post festum Ottmari Sancti Abbatis. Anno 1499. in 4. sine loci indicio.

Editio *perrara*: sermones de festiuitatibus Christi sunt numero 53. de beata Virgine 24. quibus in fine additur sermo generalis *de assumptione Marie, qui secundum diversos ejus articulos, & materias diversas, quas continet, ad diversa ejus festa potest faciliter applicari, ideo dicitur sermo generalis.*

BIZARI (Petri) Senatus, populique Genue-
nis, rerum domi, forisque gestarum historia, at-
que annales. Antverp. ex offic. Christoph. Plan-
tini. 1579. in fol. *Liber rarus.*

BOCATTI (Joan. de Certaldo) Genealogiæ
Deorum cum demonstrationibus in formis arbo-
rum designatis. Etiam de montibus, & sylvis,
de fontibus lacubus, & fluminibus, ac etiam de
stagnis, & paludibus, nec non & de maribus,
seu diversis marium nominibus. Venetiis per Au-

gustinum de Zanis de Portesio. 1511. in fol. *Editio perrara.*

BOCATII (Joan. de Certaldo) περί γενεαλογίας
Deorum Libri XV. cum annotationibus Jacobi Micylli &c. Basil. apud Joannem Hervagium mense septembris. 1532. in fol.

Notam raritatis illi tribuit Gerdesius in spicilegio.

S. BONAVENTURAE Tractatus minores diversi. Argentine excudebat Martinus Flach. 1489. *Editio rara.*

BRODAEI (Joan.) Annotationes in Xenophontis opera tam græc. quam lat. libri VI. Basil. 1559. in fol. *Liber rarus.*


BRUNFELSII (Othonis) Catechesis puerorum in fide, in litteris, & in moribus. Ex Ciccone, Quintiliano, Plutarcho, Angelo Politiano, Rodolpho Agricola, Erasmo, Philip. Melanthonne, atque aliis probatissimis autoribus, tomis digesta quatuor. Colon. excudebat Joan. Gymnicus. 1532. mense octobri. in 8.

Editio hæc Gesnerum latuit, qui Argentinam anni 1529. & Parisinam Roberti Stephani tantum memorat.

BUDAEI (Guiliel.) Annotationes in quatuor, & viginti Pandectarum libros. Romæ typis Marcelli Silber. 1515. in fol. *Editio perrara.*

BULLA reformationis Officialium Romanæ Curia. Cum privilegio. Romæ 1512. in 4.

Opusculum *perrarum*. Conjuncta est Bulla: *in coena Domini*: prior est Julii Papæ II. data III. Kal. April. altera Leonis X. data X. Kal. Aprilis.



C.

CALLIMACHI (Cyrenæi) Hymni, & epigrammata. Excudebat Henricus Stephanus. 1577. in 4.

Freytagio Apparatus Tom. I. pag. 234. dicitur, *editio perrara*.

CALPHURNII (Titi) Siculi, & *Aurelii Nemesiani* Carthaginensis, poetarum Eclogæ, decoro diligenter observato, faciliq; sententiarum ubertate amabiles, lectuque dignæ. Tiguri apud Christoph. Froschoverum. 1537. in 8. M. *Editio rarins obvia*.

CALVINI (Joan.) Institutiones religionis Christianæ. Basil. per Thomam Platterum, & Balthas. Lazium. 1536. in 8.

Editionem hanc Engel, & Clement *albo corvo rariorem* appellant.

CAMDENI (Guiliel.) Annales rerum Anglicarum, & Hibernicarum, regnante Elifabeta. in 8. sine loco, & anno.

Liber rarus : Bauer ex catalogo biblioth. Salthe-
nianaë, & Feuerlini Amstelodamensem editionem an-
ni 1677. exhibet.

CAMERTIS (Joan.) Minoritani prima pars
Pliniani indicis, in qua tabellæ pictæ instar ea
omnia, geographiam præter, nam hanc comple-
ctitur pars altera, quæ toto Pliniano volumine
continentur. Venet. typis Philip. Pincii Mantuani.
1516. in fol. *Editio post Viennensem anni 1514.*
perrara.

CANONHERII (Petri) De admirandis vini
virtutibus libri III. Antverp. 1627. in 8. *Liber*
infrequens.

CARAZOLI (Roberti) Sermones de laudibus
Sanctorum. Augustæ per Erhardum Ratdolt. 1489.
in 4.

Editio rarior. Idem hic author, qui alias *Robertus*
de Licio audit.

CASSANIONIS (Joan.) Monostroliensis, de
gigantibus, eorumque reliquiis in Gallia repertis,
ac de prodigiis quorundam viribus, qui ad gi-
gantum naturam proxime accedunt, contra Joan.
Goropium Becanum. Spiræ typis Bernardi Albini.
1587. in 8. *Liber rarus.*

CASTELVETRO (Ludov.) Poetica d' Ari-
stotele vulgarizzata, & sposta. Viennæ per Casp.
Steinhoffer. 1570. in 4. *Liber admodum rarus.*

CASTRO-

CASTRONOVO (Vincentii de) Quæstiones disputatæ S. Doctõris Thomæ Aquinatis revisæ, & emendatæ. Venet. per Bonetum Locatellum Bergomensem. 1503. in fol. *Editio rara.*


CHESNE (Andreae du) Historiæ Normannorum scriptores antiqui, res ab illis per Galliam, Angliam, Apuliam, Capuæ principatum, Siciliam, & orientem gestas explicantes ab anno Christi 838. ad annum 1220. Lutet. Parisiorum apud Robertum Fouet, & socios. 1619. in fol. *Liber perrarus.*

CHONIATÆ (Nicetæ) Octuaginta sex annorum historia interprete Hieronymo Volfio. Basil. apud Joannem Oporinum. 1557. in fol. *Liber infrequens.*

CLAVASIO (Angeli de) De casibus conscientie cum additionibus noviter additis. Nuremberge per Antonium Koburger. 1498. in fol. *Editio rara.*

CONFESSIO fidei de eucharistiæ Sacramento, in qua ministri ecclesiarum Saxonix solidis argumentis sacrarum litterarum astruunt corporis & sanguinis D. N. Jesu Christi præsentiam in cœna Sancta, & de libro Joannis Calvini ipsis dedicato respondent. Impressum Magdeburgæ apud Ambrosium Kirchner. 1557. in 8. *Liber apud nos perrarus.*


CUNAEI (Petri) animadversionum liber in Nonni Dionysiacæ: in quo, quid sit de hujus auctoris virtutibus, & vitiis habendum, ostenditur. Danielis Heinſii Diſſertatio de Nonni Dionysiacis, & ejusdem paraphraſi. Joſephi Scaligeri conjectanea. Lugd. Batav. ex offic. Ludovici Elzeviri. 1610. in 8. *Libellus raro obvius.*



D.

DIONYSII Areopagitæ opera, quæ extant, græce. Parisiis apud Guilielmum Morelium. 1562. in 8. *Editio rara.*

————— Halicarnassæi, Responsio ad Cn. Pompeii epistolam, in qua de reprehenso Platonis stilo conqueritur. Ejusdem ad Ammæum epistola, & alia, græce. Lutet. apud Henricum Stephanum. 1554. in 8. *Liber rarus.*



E.

ELIAE Judæi accentuum hebraicorum liber unus. Basil. excudebat Henricus Petrus. 1536. in 8. *Libellus parum communis.*

ENYEDINI (Georgii) Explicationes loco-

rum veteris, & novi Testamenti, ex quibus Trinitatis dogma stabiliri solet. Hungarice. 1620. in 4. sine loci indicio.

Liber ut *perrarus*, ita pestilentissimus. Typus Transilvaniam prodit. Opus est in Hungaricum per Matthæum Torozkay ex latino traductum, quam versionem Author *memoriæ Hungarorum &c.* ignoravit. Ut primum latina editio in Transsilvania vulgata est, pleraque exemplaria igni exusta sunt, in Imperio autem severissime prohibita. Hinc Latinorum exemplarium *summa raritas*.

ERASMI (Des. Roterod.) Fragmentum commentariorum Origenis in evangelium secundum Matthæum, opus antehac non excusum. Norimb. typis Frobenianis. 1526. in 8. *Opusculum rarum*.


D. EUCHERII Lugdunensis episcopi doctiss. lucubrationes aliquot non minus piæ, quam eruditæ, cura, ac beneficio Joan. Alexandri Brassicani Jureconsulti, recens editæ, quarum hæc est summa. In genesim commentariorum libb. III. in libros regum commentarior. libb. IV. Formularum spiritualium lib. I. adjectis iis omnibus, quæ in superiore editione quam plurima desiderabantur. Quæstiones in vet. & nov. Testamentum. Nominum hebraicorum, ac aliorum etiam, quæ in sacris litteris habentur, interpretatio. Epistola parænetica ad Valerianum cognatum suum de contemptu mundi, cum scholiis D. Erasmi Roterod.

Basilæ in officina Frobeniana. 1531. mense Septembri. in fol.

Liber *rarus*. Commentarios in genesim dedicat Brassicanus Christoph. a Stadion episcopo Augustano: cetera vero Eucherii opera Equiti, ac Jureconsulto Jano a Svolla: in hac epistola memorat, codicem Eucherii se in coenobio S. Crucis in Austria reperisse, qui a furore Turcorum, cum hi in obsidione Viennensi anno 1529. monasterium id exussissent, salvus, & integer manserit. *Pepercit igitur incendium hoc atrocissimum Eucherio, inquit, & ab eo libris isthic omnibus omne jus belli Turcæ abstinuerunt, cum interim nostri milites intra moenia libros omnes discerperent, omnia volumina corrumperent, ita ut vix a publicis etiam bibliothecis diripiendis vi prohibiti, aut autoritate submoti fuerint.*

EUNAPIUS Sardianus de vitis philosophorum, & sophistarum, græce, & latine interprete Hadriano Junio. Antverp. ex offic. Christoph. Plantini. in 8.

Teste Freytagio, *prima græca, rara, & nitida editio.*



F.

FINAËI (Orontii) Sphæra mundi, sive cosmographia quinque libris recens auctis, & emendatis absoluta: in qua tum prima astronomiæ pars, tum geographiæ, ac hydrographiæ rudimenta per-

tractantur. Lutet. Parisiorum apud Michael. Vascosanum, via Jacobæa ad insigne fontis 1551.

Liber *parum obuius* : inscriptus est Eduardo VI. Angliæ, & Hiberniæ regi.

FINÆI (Orontii) In sex priores libros geometricorum elementorum Euclidis Megarensis demonstrationes recens auctæ, & emendatæ : una cum ipsius Euclidis textu græco, & interpretatione latina Bartholomæi Zamberti Veneti. Lutetiæ apud Simonem Colinæum. 1544. in fol. *Opus rarum, & nitidum.*

FIRMICI (Julii) Ad Mavortium Lollianum astronomicon libri VIII. per Nicolaum Prucknerum nuper ab innumeris mendis vindicati &c. Basil. ex offic. Joan. Hervagii, mense Martio. 1533. in fol.

Editio *rara*, eique persimilis, de qua pag. 403. memoravi.

FLORI. (Lucii) Libri historiarum IV. a Cuspiniano castigati &c. Viennæ per Joan. Winter. 1511. in 4.

Cedit hæc editio permultum typi & chartæ elegantia Singrenianæ, ut pag. 407. monui; ubi pro *editione Winteriana* substituendum est; editione *Winterburgeriana* : typographus enim nomen suum *Winterburger* contrahe *Winter.* illic expressit.

FORCATULI (Stephani) de Gallorum im-
H h 3

perio, & philosophia libri VII. Lugd. apud Jac. Chouet ex typogr. Antonii Candidi. 1595. in 8. *Editio rara.*

FREYMONII (Joan. Wolfg.) Elenchus omnium auctorum, sive scriptorum, qui in jure tam civili, quam canonico vel commentando, vel quibuscunque modis explicando, & illustrando ad nostram ætatem usque inclaruerunt, nomina, & monumenta partim in lucem antehac prolata, partim in bibliothecis passim adhuc abdita, complectens. Initio quidem a Cl. Cl. nostri seculi Jurisconsultis, D. Joan. Nevizano, Ludov. Gomezio, Joanne Fichardo, & Jo. Bapt. Zileto, summo studio, ac diligentia collectus: jam autem recens tertia fere parte auctior in lucem datus. Francof. apud Georg. Corvinum. 1574. in 4. *Liber infrequens.*

FURNO (Vitalis de) olim Cardinalis, archiatri ut insignis, ita & peritiss. pro conservanda sanitate, tuendaque prospera valetudine, ad totius humani corporis morbos, & ægrotudines salutarium remediorum, curationumque liber utilissimus, jam primum in studiosorum utilitatem e tenebris erutus, & a situ, quantum licuit, vindicatus. Moguntia apud Ivonem Schoeffer, a cujus abavo Joanne Faust calcographice olim in urbe Moguntiacæ primum, nec usquam alibi, inventa, exercitataque est, mense Augusto. 1531. in fol.

Editio *rara*: ex qua forte opinio Sauberti in Hist. biblioth. Noriberg. pag. 106. in append. de Joanne Faust firmari posslet.




G.


GULDINI (Pauli) Sancto-Gallensis e Soc. Jesu, Centro-Barycæ liber I. de centri gravitatis inventione. Appendicis loco succeserunt tabulæ numerorum quadratorum, & cubicorum decies millium una cum suis radicibus: earundem tabularum usus ad fabricandas virgas stereometricas, & instruendas militares acies. His præmittitur potestatum generis, & analysis.

————— Liber II. de usu centri gravitatis binarum specierum quantitatis continuæ.

————— Liber III. De fructu ex usu centri gravitatis &c. qui est geometria rotundi.

————— Liber IV. De gloria ab usu centri gravitatis &c. Sive Archimedes illustratus, Viennæ Austr. formis Matthæi Cosmerovii in aula Colonienfi. 1635. — 1641. in fol. *Opus admodum rarefcens.*





H.

HAUGEN (Hans) zum Freÿstain chronica der Hungern bis auff's jar 1526. Viennæ. 1534. in fol.

Jam recensui librum titulo : *chronica der Hungern* pag. 255. ubi de hac editione subdubitabam : nunc a *Cl. Deniso* per litteras edoctus sum , chronici hujus exemplum Viennæ quoque in biblioth. PP. Servitarum extare.

HEIDENSTEINII (Reinoldi) Secretarii regii, de bello Moscovitico commentariorum libri VI. Cracoviæ ex officina Lazari. 1584. in fol.

Liber apud nos, *perrarus*. Complectitur bellum inter Stephanum Bathory Poloniæ regem, & Joannem Basilidem Czarum Moscoviæ gestum.

HEINSII (Daniel.) Epistola, quæ dissertationi D. Balsaci ad Herodem infanticidam respondetur : multaque diversæ eruditionis hac occasione excutiuntur. Editore Marco Zverio Boxhornio. Lugd. Batav. ex offic. Elzeviriana. 1636. in 8. *Scriptum rarum*.

HERBINII (Joan.) Dissertationes de admirandis mundi cataractis supra, & subterraneis ; earumque principio, elementorum circulatione ; ubi eadem occasione æstus maris reflui vera causa asseritur, nec non terrestri paradiso locus verus

in Palestina restituitur. Amstelod. 1678. in 4. cum figg.

Libri raritatem Bauerus ex Osmont commendat.

HESIODI Poemation de Herculis clypeo jam recens latino carmine redditum &c. Viennæ apud Joan. Singrenium. 1550. in 4.

Susplicabar pag. 501. librum hunc primum forte, qui integer græcis litteris Viennæ exscriptus fit, fuisse, quod vetustionem nuspian memorari legissen. Monuit me tamen postea per litteras eruditissimus *Denisius* jam anno 1530. Genadii Scholarii dialogum περί της ὀδῆς της σωτηρίας ἀνδρωπων per Hieron. Victorem Viennæ fuisse editum.

S. HIERONYMI epistolarum partes omnes. Norimberge per Antonium Koberger. 1495. in fol. *Editio rara.*

HORNII (Georgii) Historiæ philosophicæ libri VII. Lugd. Batav. 1655. in 4.

Liber rarissimus, ut catalogus biblioth. Saltheniæ perhibet.


HOSII (Stanislai) Confessio Catholicæ fidei Christiana &c. Moguntia 1557. in fol.

Feceram hujus mentionem pag. 522. & Viennensem editionem anni 1560. cum illa comparans, ordine tertiam fuisse affirmavi. Id erroneum est: nam typographus solum fatetur, *tertium* ab authore recognitam. Re enim vera editionem Polonicam anni 1551.

aut sequentis exceperant Dilinganæ duæ, quarum altera 1557. prodiit, tum Moguntina eodem anno, & Antverpiensis ante annum 1560.

HULSII (Levini) Chronologia, das ist, ein kurtze beschreibung, was sich in den Ländern, so in dieser hierzu gehörigen Landtafel begriffen, bis auf dieses 1597. Jahrgedenckwürdigis verlaufen. Typis Christoph. Lochneri. 1597. in 4. M.

Editionem latinam ejusdem anni bibl. anon. Hag. II. apud Bauerum *raris* accenset. In nominibus Hungaricis errores sæpicule occurrunt, ut, cum pro Sirmieniensi, & Bosneni episcopatibus, *Smirniensem*, & *Pofeganum* male substituit.




I.

ILLICINI (Petri) J. V. D. Canonici Olomuncensis ad Transsilvanos, qui a Catholica fide alienati ad Sabellum, seu Praxeam, seu Paulum Samosatenum, & ad Arium, vel Nestorium, vel Photinum degenerarunt, paræneticon. 1581. in 4. *Liber admodum rarus.*

INDEX librorum prohibitorum, Innocentii Papæ XI. jussu editus. Romæ ex typogr. reverend. Camerae Apostolicæ, 1681. in 8. *Editio originaria, & perrara.*

JOANNIS Grammatici in posteriora resolutoria Aristotelis Commentarius, græce. Venet. in ædibus Aldi, & Andreae Asulani focerii. 1527. in fol. *Editio perrara.*

Römischer JUPITER, oder offenbahrter wider Christ. Gedruckt im Jahr. 1643. in 4. sine loci indicio, folior. 14. *Scriptum valde rarum, sed oppido insulsum.*



Errata præcipua.


Correcta.


Pag.	lin.		
22.	3.	Natarii.	Notarii.
27.	5.	virtute.	virtutem.
42.	24.	lignæ.	lignæ.
ib.	21.	prædiit.	prodiit.
45.	18.	prædiisse.	prodiisse.
46.	10.	repti.	reperi.
48.	7.	hæressæon.	hæreseon.
51.	11.	finem.	fine.
ib.	23.	Gryhpins.	Gryphius.
56.	19.	Vrticano.	Vaticano.
62.	26.	Massa.	Missa.
64.	7.	eruditlonis.	eruditionis.
ib.	15.	aber.	über.
ib.	20.	Schlustred.	Schutzred.
ib.	24.	Christino.	Christianio.
66.	6.	Sic.	hic.
ib.	17.	diu agentur.	divagentur.
ib.	30.	intererunt.	intererant.


Errata præcipua.

Correcta.

Pag.	lin.		
74.	28.	edisse.	edidisse.
114.	6.	Sublectum.	Sublecta.
ib.	25.	denotationum.	donationum.
118.	2.	eadem.	eodem.
119.	4.	anhehenckter.	angehenckter.
136.	27.	cutum.	scutum.
159.	3.	Tutnier.	Turnier.
162.	19.	Pagan.	Pogan.
173.	10.	Mantiæ.	Mantua.
198.	1.	Landesutens.	Landeshutens.
204.	14.	Petnam.	Pernam.
207.	16.	orario.	oratio.
ib.	24.	Andrea.	Andrea.
212.	9.	Froncorum.	Franeorum.
229.	22.	Bado.	Bodo.
237.	9.	PROCURATORES.	PROCURATORIS.
240.	19.	tyogr.	typogr.
244.	14.	Baahufii.	Bauhusii.
285.	26.	buccia.	buccina.
301.	27.	a pconfutationem.	ad confutationem.
317.	9.	philophicæ.	philosophicæ.
324.	8.	barbaricis.	barbaris.
356.	25.	praadoxa.	paradoxa.
361.	20.	Thehajdos.	Thebaidos.
365.	24.	Matronis.	Maronis.
455.	2.	eehafften.	warhafften.
460.	23.	epist.	epit.
462.	14.	in.	ir.
ib.	24.	sietten.	ketten.







Österreichische Nationalbibliothek



+Z179728208





